DECRETI SPIRENSIS CURATIÙS IN IMPERIO SANCITI...

Justus Reifenberg, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
10 I
25

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

35 C 47

35.C.47

13-10-C-25

Digitized by Google

Digitized by Google

DECRETI SPIRENSIS
curatiùs in Imperio ſanciti
NOMOTHESIA
PUBLICA:
AUT
LEGES SOLEMNES
ET PERPETUÆ

De

Noviſſimis Juris Cameralis contro-
verſis articulis:

QUAS

Divus RODOLPHUS II. *Sacratiſſ. Invictiſſ. Imp.*
Cæſar. Auguſtus, Germanicus. P.P. Pius. Felix: Prin-
cipes Electores, Principes delecti & Ordines,
bono egregioq; Reip. nati
Quis vetus erga Cæſarem obſervantia,
publicâ auctoritate & publico cum fructu
Spiræ, *Urbe Imperii, Opt. Max. Juſtitiæ*
Tribunali & ſacrario inclutâ
ANNO CIƆ IƆ C.
ſanxerunt, tulerunt.

Togâ facili, perpetuis auguſtiſſimisq; Conſtitutionibus, notis, &
luculentiſſimis noſtratium JCtorum *Practicorum Com-*
mentationibus κτ̀ πόδας, *expoſita, aſſerta*

AUCTORE

JUSTO REIFENBERG. J. U D.

Herbornæ Naſſoviorum. 1619.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBL. SOC. IESU COLL. ROM.

NOBILISSIMIS,
MAGNIFICIS, AMPLISSIMISQ.
DN. SEPTEMVIRIS,
COSS. ET SENATUI
Reipublicæ NürmBERGENSIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

COttidiana ſed here aut nudius tertius à ſummo viro pronunciata querela eſt, MAGNI PATRES, PROCERES, inclytâ ſpectante & connivente Europâ, ſupprimi litterarum lucem, & honeſtiſſimas digniſſimasq; artes, ab aulâ, à nobilitate, à purpurâ, ad ſcholas tantùm & mediam pullatamq; turbam velut relegari. Nam veteres illos magnos Imperatores, aut Reges (τοὺς ἄρχοντας) ſi videam, pacis artes & ſtudia eximiè coluerunt: ſi amicos eorum aut adminiſtros (τοὺς ὑπάρχοντας) enixè percoluerunt. SIGISMUNDUM Cæſa-

rem, MAXIMILIANUM I. Auguſtum, Academiarum perpetuos fontes, ipſa ſubſellia & Cathedræ, publicis & perennibus laudibus, ſuſpirantibus velut ſapientiæ & prudentiæ Candidatis, æternitati donant, conſecrant. Atque ævum hoc noſtrum ante centum circiter annos, cùm cœpiſſet litterarum lucem videre & rebus inferre, magno Reipublicæ præſidio conſultiùs feliciusq;, Togatos caros ſanctosq; habuit. Nunc rigent artium pretia, frigent quodammodo artium ſtudia. Auditoria quidem ſunt, Tribunalia ſunt, Scævolæ, Sulpitii, Ulpiani in tantâ Doctorum copiâ reviviſcunt atque prodeunt. Cujacii, Duareni, foris ad Rhodanum & Sequanam, aut Menochii vel Socini in Italorum Gymnaſiis non veſtigantur. Patria tot Bartolos, tot Jaſones, tot Baldos, tot Alciatos, immortalia Jurisprudentiæ lumina καὶ γνήσια τῆς ἀρετῆς ταμεῖα lætiſſimo proventu confert. Patria videtur faſtigium ædificio doctrinarum impenſiùs impoſuiſſe. Quid dicam? tituli & honores publicorum ellogiorum, olim extra Imperii imò gentium velut limites projecti, certiùs lætiusque emergunt. Adſumere illos hodie *commune*, & ut ſic dicam *paſſivum* eſt. Meritiſſimò etiam adſumere, non *infrequens* in communi & frequenti Candidatorum copiâ. Sed ſublatis ſtudiorum pretiis etiam ſtudia pereunt

cunt ut minus decora;litterarum & doctrinæ claritudo palàm devergit; comitabimur (abſit verbo omen)ſtudiorum profectiones. Primotinos enim fructus & libamenta,quæ aræ Reip.meliorum artium myſtæ inferre debebant,iniquiores quidam,quorum ſcilicet

——— infantia cœlum
Hauſit Aventini,baccis nutrita Sabinis.

intercipiunt. Hinc inter tot litterarum cathedras, veluti Tantalum in aquis ſitire litteratos vides, inter tot Academiarum ſubſellia, artiumque puriſſimam lucem, velut Salamandram in mediis ignibus algere; imò velut Ereſichthonē aliquem,inter exquiſitiſſima menſarum fercula,fame interire eos vides. O læta quondam doctrinarum pretia, læta ſtudiorum præmia,quæ nunc quaſi buſto quodam ſopita jacent! Reſurge, reſurge, tot Academiarum, tot Gymnaſiorum ſoſpitator, felix litterarum Dictator.

Auguſte ô ſtudii tui
Florem poſce, quid infulas
Præfers? aſſere cultum,
Sprevimus artes.

Roſas ſparge. Poſtliminio tuo gratulabimur, novam doctorum felicitatem votis proſequemur. Potiſſimùm cùm ſtudia hac temporis ſenectâ laborioſiùs proveniant,fructus illorum rariùs eveniant. De juris ſtudio ut di-

cam, ardua legum Juriſq; ſcientia, ardua Juriſconſulti provincia eſt. Puros juris fontes imbibiſti? Ecce propediem ad Dd. auctoritatem, συρφετώδη, inquam, illum Dd. gregem, facili omnium conſenſione, tanquam ad ſacrum aſylum abeundum. Regitur namque univerſa noſtra Juriſperitorum natio, ſolis opinionibus; &, magni Jureconſulti ſententiâ, dandum & cedendum eſt uſui ac conſuetudini receptæ, ut κατὰ δόξαν καὶ νόμον ἐξωτερικῶς, quod Ariſtoteles ait, omnia dicantur; & de cauſis controverſis eorum in morem modumque agatur, qui, ut Strabo loquitur, θέσεις ληκυθίζουσιν, id eſt, Advocatorum & Procuratorum conſuetudine, probabiliter diſputant ea quæ ſunt ἐνδόξως χρήσιμα, *veriſimiliter utilia*. De impendiis impenſiſq; litterariis certa conteſtataque ſententia eſt, pleroſque artibus, opes, facultates, impendere. Ad publica dignitatum munia cùm adſpirent, neminem manum, neminem præſidium dare, fructus ſtudiorum perire, uberrimos proventus abire; & ob collatos bono publico ſumptus, familias lætas intercidere; imò parentes, Mæcenates, fautores magnos, cùm pervideant, fruſtrà ſubſidia collata, artes ſacras faſtidire; adeò ut multi

Lumine ademto animam moribundo corpore fundant.

Ipſiq; infelices litterarum myſtæ, atq; exag-

geratæ

geratæ ad decus majorum perſequendum indolis homines, animum malo facinore infrà ſe abjiciant, imò

Multis ante diem langueſcant lumina morte.

Hanc fatalem ſtudiorum periodum Fata peragere, & in ſummâ perfectione artes quaſi abortire. Vos magnæ urbis Magni Senatores, ſcio, videtis, & Reipublicæ litterariæ certiùs providetis. Academiam veſtram optimarum artium ſedem, publicis & perennibus orbis uſibus olim conſecratam, producitis, juvatis; juventuti ſubſidia porrigitis, Doctores publicos adducitis, qui eruditione & nominis prærogativâ clari per Europam. Ut enim fertiliſſimos agros ſilveſcere paullatim & ſentribus obſeri videmus, ſine cultu: ſic artium ſtudia, ſine adfectu aut pretio, quem doctrinæ potiores ponunt. Laudabiles vos, qui [illegible] doctrinarum, Doctorum copiam, in hac temporum viciſſitudine retinetis; artes & ingenia non negligitis, quæ omnibus infulis exornanda ſunt; qui hodie virtuti & pacatæ etiam doctrinæ & adfectum & pretium ponitis. Sanè, ut diſertiſſimi viri adfatentur, eò ventum eſt, ut omnis vetus doctrina logi ſint, & deſipere cenſeantur qui ſectantur. Brevi vel nomen ipſum harum litterarum ludibrio aut contemptui erit. Et barbari pulſas aut ſpretas artes comiter habent, & ad eas elegantiasque

palàm adſpirant; queîs antè nulla doctrina illuxit, illi nunc novo litterarum igne inardeſcunt. Vos tamen ſtudiis iſtis, quæ, ut ſic dixerim, in umbrâ educata ſunt, pretium eſſe vultis; producitis illa, & in claram lucem, inter nubes & nimbos publicos eximiè locatis; eaq́; laus cum paucis præcipui titulo vobis debetur. Dextrè connectitis.

——— quod nunquam ſine perniciali
Diſcidio potis eſt ſejungi, ſeq́; gregari

Nec ipſæ artes indignentur ante omnes humanitatis Principes, litterarum Gratiarumq́ue pullos vos adoptare; tam conſpicua in Academiam veſtram, merita veſtra ſunt. Quòd in honeſto utiliq́; etiam aliis otio multis, qui non ἀπ' ἄκρου χείλους φιλοσοφοῦσι, agere fuit, vobis, incluti Senatores, adſcribunt. Vos feciſtis atque etiamnum ſatagitis, ne, quod veſtratium Academicorum quiſpiam publicè dixit, catena illa *Freigiorum, Giphaniorum, Donellorum, Weſenbeciorum, Scipionum, Rittershuſiorum*, numinum & luminum Juriſprudentiæ intercideretur. Atq; illos etiam ſoli quodammodo altiùs curatis, qui eam viam doctrinæ & famæ graſſantur, in quâ magnos litterarum humaniorum Anteceſſores & artifices, hactenus feliciſſimè conſequuti ſunt. Sine fuco aut ambitione; nec illos quidem à ſacris veſtris excluditis;

Qui

Qui docto æthereos ſignant in pulvere currus.
Quos pia ſollicito deprêndit pollice Memphis:
Quæ moveant momenta polum, quis certus in aſtris
Error, quis tenebras Solis, cauſisq; meantem
Defectum videat numerus; quæ linea Phœben
Damnet, & excluſo pallentem fratre relinquat.

Scilicet videtis artibus his & florentibus ingeniorum virtutibus imperia creſcere & floreſcere, atque docetis, quàm utiles litteræ ad pacis bellique artes. Loquitur fidem veſtram Academia, quæ ſplendore ſuo limites Germaniæ exceſſit, quam veterem eruditionis ſedem, ſapientiæ domicilium, litterarum præſidium, magnarum animarum Prytaneum, & quaſi Capitolium æternitatis maximi viri adſpiciunt; quam Germani, Galli, Angli, Poloni quotidiè accedunt, ut animos ad humanitatem & virtutem imbuant, conſilia & monita fortiora capeſſant, & ad rerum publicarum rectiones adoleſcãt. Veteres Athenæ univerſæ Græciæ ἔρεισμα· ἑλλὰς ἑλλάδος adpellitabantur olim: ſint Altorfium vetus Academiæ ſedes, juventutis deliciæ, amor Populi, gaudium Doctorum, orbis terræ Muſeum. Ipſe locus, genius loci, artium umbracula ſunt:

——— *Suſpiro ruris amœni*
Rivos & muſco circumlita ſaxa, nemúsq;.

O laudem, & famæ, quia non interrituri

palàm adſpirant; queîs antè nulla doctrina illuxit, illi nunc novo litterarum igne inardeſcunt. Vos tamen ſtudiis iſtis, quæ, ut ſic dixerim, in umbrâ educata ſunt, pretium eſſe vultis; producitis illa, & in claram lucem, inter nubes & nimbos publicos eximiè locatis; eaq; laus cum paucis præcipui titulo vobis debetur. Dextrè connectitis.

——— quod nunquam ſine perniciali
Diſcidio potis eſt ſejungi, ſeq; gregari

Nec ipſæ artes indignentur ante omnes humanitatis Principes, litterarum Gratiarumq́ue pullos vos adoptare; tam conſpicua in Academiam veſtram, merita veſtra ſunt. Quòd in honeſto utiliq́; etiam aliis otio multis, qui non ἀπ' ἄκρου χείλους φιλοσοφοῦσι, agere fuit, vobis, incluti Senatores, adſcribunt. Vos feciſtis atque etiamnum ſatagitis, ne, quod veſtratium Academicorum quiſpiam publicè dixit, catena illa *Freigiorum, Giphaniorum, Donellorum, Weſenbeciorum, Scipionum, Rittershuſiorum*, numinum & luminum Jurisprudentiæ intercideretur. Atq; illos etiam ſoli quodammodo altiùs curatis, qui eam viam doctrinæ & famæ graſſantur, in quâ magnos litterarum humaniorum Anteceſſores & artifices, hactenus feliciſſimè conſequuti ſunt. Sine fuco aut ambitione; nec illos quidem à ſacris veſtris excluditis;

Qui

Qui docto æthereos ſignant in pulvere currus.
Quos pia ſollicito deprêndit pollice Memphis:
Quæ moveant momenta polum, quis certus in aſtris
Error, quis tenebras Solis, cauſisq; meantem
Defectum videat numerus; quæ linea Phœben
Damnet, & excluſo pallentem fratre relinquat.

Scilicet videtis artibus his & florentibus ingeniorum virtutibus imperia creſcere & floreſcere, atque docetis, quàm utiles litteræ ad pacis belliq́ue artes. Loquitur fidem veſtram Academia, quæ ſplendore ſuo limites Germaniæ exceſſit, quam veterem eruditionis ſedem, ſapientiæ domicilium, litterarum præſidium, magnarum animarum Prytaneum, & quaſi Capitolium æternitatis maximi viri adſpiciunt; quam Germani, Galli, Angli, Poloni quotidiè accedunt, ut animos ad humanitatem & virtutem imbuant, conſilia & monita fortiora capeſſant, & ad rerum publicarum rectiones adoleſcāt. Veteres Athenæ univerſæ Græciæ ἔρεισμα· ἑλλὰς ἑλλάδος adpellitabantur olim: ſint Altorfium vetus Academiæ ſedes, juventutis deliciæ, amor Populi, gaudium Doctorum, orbis terræ Muſeum. Ipſe locus, genius loci, artium umbracula ſunt:

——— *Suſpiro ruris amœni*
Rivos & muſco circumlita ſaxa, nemúsq;.

O laudem, & famæ, quia non interrituri

fructus, æternitatem! Supra omnes coronas; ſupra omnia trophæa & monumenta Athenæum æſtimandum! Atque optimas has artes præjuvatis, curatisq; dum in hac publicâ, ut ſic dicam, navi non inter remiges aut navales ſocios ſedetis, ſed inter eos qui ad gubernacula & ad ipſum clavum. Dum

Vos non ambigui faſces, non mobile vulgus,
Sed leges & jura tenent.

Dum inter gentis veſtræ primos, antiquam & præpotentem Rempublicam, claritudine virtutum ad ſummum faſtigium delectam ſustinetis. Quam ipſam publicâ famæ voce adminiſtratis tam abstinenter quàm alienam, tam diligenter quàm veſtram, tam religioſè, quàm ſacram, ſanctam. ô felix animus

Juſtitiæ cultor, rigidi ſervator honeſti,
In commune bonus!

Egregia veſtra virtus ſine fuco & paraturâ, &

Qualis Apellæis eſt color in tabulis.

Integritas & animus ab omni labe & corruptelâ immunis. An non ſic eſſet, ab illâ majorum veſtrorum ſtirpe? viris qui nomine & claritudine æternùm in Rep. veſtrâ, atque animis hominum, vivunt. Utinam teſtimonia virtutis, Prudentiæ, Fidei, pro voto, pro meritis diuturna dare poſſem! Sed dabit

& ſi quem tellus extrema refuſo
Submovet Oceano. ———

Injuria

Injuria virtutum ſit coarctare famam; & dignam annalibus memoriam, pagellarum hisce cancellis anguſtare & includere. Laudes tamen veſtræ, quas

Novit & Arctous ſi quis de ſolibus horret,

tutæ, inviolatæ erunt; vos futura tempora venerabuntur, omnisq́; ætas famam luculentiùs promet; & tot humanitatis immortalia exempla, *humanitas*, bonorum ingeniorum humeris & quaſi cervicibus ſupra ipſa Mauſolea extollet locabítve & tot per annos nixum faſtigii regimen longa ſecula celebrabunt; ſic ſequentur vos præconia, æternitas. Habet hoc omnis virtus inclyta ſui præmium. Non adfectum meum dicam, veſtram laudem. Non vos in os laudabo, quod viris germanis moleſtum, non urbem veſtram, quæ

——— *multâ munita virûm vi*

multorum adfectus poſſidet; non cives quorum multos familiariùs novi. Hoc tamen alii ex animi ſententiâ profitentur, urbem urbium NÜRMBERGAM eſſe, quas Europa, Africa, Aſia videt.

Quà Sol utrumq; recurrens
Adſpicit Oceanum.

Nihil ibi preſſum, clauſum, omnia felicia, potentia. Magnitudo vera eſt. Deliquium aliquod velut Solis, genius veſter, potens & perpetua TUTELA abnuit. Veſtra in Deum

pietas, Magni Senatores, in Rempublicam officia, Togatorum, quos à publicis conſiliis habetis, dexteritas & ſtudia publico uſui conlata, urbi veſtræ Magnitudinem hanc, hoc vernaculum decus adſtruxerunt. Habetis hos viros, virtutis, quæ hominis proprium bonum, & prudentiæ numeris abſolutos, qui artes per omnes numeros exercuerunt. Non illi laborant de optimo aulicorum. Adfectum in Rempubl. Ampliſſimam teſtantur. Votum hoc interpono, ut ſimiles Conſiliarii contingant genti, quam Fata velint Salvam. Et non à ſummis labris, ſed ab imo pectore voveo, ut exemplo veſtro, Viri Nobiliſſimi, Ampliſſimi, qui inſtar Solis lucetis, plures majorum quaſi gentium in re litterariâ patroni, ſtudiis benivolentiæ auram accommodent, & pleniùs litterarum Candidatis faveant. Virtutem certè qui amat, agnoſcit, qui agnoſcit promovet. Vos viri magnates, viri primores, fovetis uberiùs melioris notæ ſtirpes, erigitis, dirigitis & producitis non tam illas, quàm optimas artes, quæ profugæ apud exteros circumſpiciebant novi exilii ſedem. Stirpes, inquam, fovetis, attollitis, in commune Reip. bonum, cui boni ſtudetis, & cui natas iſtas auguramini. Scilicet bene locaturi beneficia, multos adjutum provectumq; vultis. Favetis animis, conſiliis, factis; & velut ex herbis conjicitis

jicitis quantæ fruges induſtriæ futuræ. Multi velut arbor ad flumen irrigua, ad omnem laudem magis magisque aſſurgunt; quos magnates comitari benivolentiâ meritiſſimò debent. Ut enim fruges (quod altioris claſſis vir dixit) non bonitas ſoli tantùm gignit, ſed cœli ſolisq; fotus & temperies educit atque elicit; ſic artes & ingenia, non à naturâ tantùm velut ſolo alenda, ſed procerum benignitate, & velut cœleſti aurâ fovenda atq; attollenda ſunt. Maximè, inquam, attollenda ſunt. Ut enim herbæ, niſi languentibus aquam adfundas, in adoleſcentiæ fruge pereunt, intereunt; ſic ſemina litterarum, niſi agrum favore percolas. Vos facitis, honeſtiſſimos profectus favore percolitis, & favorem bonorum bonis impetratum ſeriò cupitis. Itaque omnium artium doctrinarumq; myſtæ in vos duplici affectu, venerationis pariter & amoris feruntur. Ego quoque procul poſitus, hanc devotionis tabellam, vobis viri Ampliſſimi, figo, & juris publici religioſiſſimis, ejus non grande ſpecimen cupidiſſimè obfero. Scripſi breviter, nec πολυλογίαν in ſcribendo conſectatus ſum. Paratitla quædam ad decretum Spirenſe, anno cIↃ IↃ c. confectum, ſunt, quæ longiorem cultum verborum, rerum, non requirunt. Transeant hæc in nomen & mancipium publicè veſtrum, & ſub teſſerâ quaſi ſecuritatis

publicæ legantur. Lucem hanc veſtri nominis, ut notam non malæ mercis, ſcripto præfigo & prætexo; Scripto à me forſan tenui, ſed à materie tamen maximè arduo.

——— qui pauperis agri
Littus arat, nomen vel ſpico expunxerit: hæres
Divitis annonæ pleno ſe mergite jactet.

Ego ſi quidquam cuiquam, bono atque interiore animo, vobis, ſincero illibatoque hoc quicquid eſt libelli do, dico. Capite hoc munus, pignus ut me obſtringam. Vinea acinis ſe primùm

——— mox ſolvit grandibus uvis.

Quæſo obteſtorq́;, ſitis verecundanti Telemacho Minerva; & ſervati civis coronam merete. Quòd ſi enim hæc pauca ſententiâ veſtrâ comprobaveritis, equidem currum nullum, infulam, lauream nullam, cum verbo veſtro cum meâ laude conjuncto comparavero; omnibusq́ue ſuffragia veſtra erunt ὥσπερ τῆς θέμιστος ψῆφος. Intereà, quod maximo animo facitis, Ampliſſimi Senatores, producite, tenete abiturientes artes, tenete, olim earundem cultores, nunc patroni. Sine illis parum ornata aut inſtructa Reſpublica ulla aut fuit unquam, aut erit. Certè, ut corpora lentè augeſcunt, citò extinguuntur; ſic ingenia ſtudiaq́; oppreſſeris faciliùs quàm revocaveris. Olim de Germaniâ patriâ Hiſtorici verbum fuit:

Viros

Viros pariter ac fœminas litterarum ſecreta ignorare. Id ne aliquando (quod magnus Deus prohibeſcat) verius fiat, cœpto ne deſiſtite: Seculi ornamenta, quæ fructum floremque proferunt, fovete, producite in hujus & futuri ſeculi uſum. Studia ſpiritum & ſanguinem ſub vobis recipiant: Ita temporibus veſtris dicendis non deſint decôra ingenia; & DEUS qui vos magnos felices facit, ſervatq; tutorem ſe porrò veſtrum, Homines fautores in ęvum pręſtent. Valete Nobiliſſimi Patres, in quibus antiquiſſimæ Ampliſſimæq; gentis nunquam ſeneſcens gloria, nunc ut quum maximè ſpirat ac viget. Valete & tot ellogiis, tot præconiis celebratam Rempublicam gnaviter ſuſtinete; quod religioſo & priſco voto in auſpiciis hujus (veterem enim Kalendarum Januariarum legem, inchoando anno retinemus) cIↃ IↃ c XIX. anni, legitimè precor.

AD LECTOREM

De ſcriptione hâc.

QUisquis es, Lector, paullùm heìc ſiſte. Non diu anxium aut ſuſpenſum te tenebo, nec ambitioſè addam tenui huic, *de re magnâ*, ſcriptioni pompam. Tribus quattuorque verbis conſilium inſtituti operis noſce. Quod nunc tibi damus NOTAS & Paratitla eſſe vides; & illa ipſa ad *Decretum Spirenſe*, quod inſuper novâ facie & veſte perpolire adcuravi. Túne, inquient, à ſcholâ aut umbrâ, qui nunquam partem ullius hujus ampliſſimi togatiq; muneris attigeris? Ego verò. Nec mei tamen ingenii aut virium fiduciâ, ſed eorum à quibus jamdiu mutuor & ſumo. Quid enim hîc meum? Toga, quâ vernaculâ olim vulgatum libellum adſerui, fortaſſe, ordo etiam & contextus: at materiem & res putas mihi præeunt illi, quos veterani (fidenter dicam) cognoſcere nihil abnuant, aut ipſe juſtitiæ Præſes. Hoc totum, quàm arduum, in arduâ iſtâ materie, ubi

Ornari res ipſa nequit, contenta doceri.

mihi fuerit, fruſtrà dixerim apud imperitum. Si quis volet, dicis causâ, aliquot capita concinnet in aliâ hujus muneris parte. Quod feciſſe ante me alios nihil abnuo: & eximiè feciſſe. inprimis illos, quos heìc Magiſtros &

Præce-

Præceptores veneror; Illos adſpexi: dederunt manum, & ſubſidium, ſicubi opus, & cum priùs ſtadium hoc favente imò vocante Deo publicarum legum auctore, confecerint, me optionem & ſuccidaneum reliquerunt: alios leviùs, qui germanam aurei eloquii monetam in vetuſtatis incude finxerunt. Cur verò Tacitum, prudentiæ auctorem, etiam ad hos rivulos recluſerim, quæres fortean? Dicam. Ille quidem libros de jure hoc noſtro non fecit certus pro togatis aulicis auctor; ſed tamen poſuit ſcripſitq; certa rei aliquando illuſtrandæ. Itaque nec nimius ille mihi; ſed in iis eum laudavi, ad quæ modicam, (certè modicam;) ſymbolam conferre potuit, & cùm familiariùs & non vocatus ſe nobis obtulit, dignus quem Principum Conſiliarii rerum gerendarum ducem & encheiridion habeant. Si heìc tamen largiter peccatum, largiùs alii peccarunt, qui puta Philologa etiam arduis iſtis ſcitè & decorè miſcuerunt. Fecit *Melchior Goldaſtus Haiminsfeldius Saxonicus Vinarienſis, & Erneſti Comitis Holſatiæ, Schaumburgi & Sternbergæ, Liberi Baronis in Gehmen, Domini in Crudenburg, Regklinghauſen, &c. inclyti Principis, humanitatis, elegantiarum patroni certiſſimi, Conſiliarius, magnus in publici juris ſtadio Jureconſultus.* Sic ſententiam, non præjudicium nactus ſum, ſi non præſidio cauſæ, at ſubſidio exempli. Quòd ſi etiam nimis effusè datâ acceptâque occaſione ad alia, quàm quæ paragraphi ſumma innuebat, me recepi, & illa cum vernaculis paragraphi contuli; illud communis interpretum ſtilus receptusq; publicè mos excuſet. Ἑτερογλῶττα non dixi, non ſcripſi. Sed quid alii? qui tanquam in venalibus loqui adhuc Latinè tentant. Certè, inquient, color Latinitatis adſtrictæ, & robuſtæ te aliquando abripuit, faſcinavit, & difficilem nobis in quibusdam genuiſti ſenſum. Fateor ſtili ſemitam me in-

tentè ſequutum, & quaſi cum aliquo verborum ambitu multa dixiſſe, nec verbum verbo rigidè reddidiſſe; Sed quæ mea heìc culpa? Nervorum & lacertorum robore valentem ſtilum qui bono ſuo tot per annos adſumunt, negant modicam iſtam ſermonis libertatem fraudi eſſe poſſe. Si levicula culpa eſt, quis quæſo interpretum ab eâ immunis? Nemo ad lineam, nemo ad libellam ſua exegit. Vapulem ego ab hac manu ſolus? Confido regiam viam me non exorbitaſſe; ſed ad hanc laxam fluentemq; faciem decorè mea concinnâſſe. Poſui quæ lex mei operis juſſit; nihil rei ipſi detraxi aut addidi. Ad ſummam: in alienâ quaſi domo curioſus non fui. Sed & laciniam vides Lector quam adtexui, imò quaſi operi veſtibuli causâ more majorum præmiſi. Quid? ita copioſus es? vides & ſemel dare quædam cùm cœpi, plura admetior. A tuo fonte? Minimè omnia. Rivulos ad auctorum fontes recluſi, & verba heìc etiam non pauca à *Petro Denaiſio Jureconſulto*, qui & inter leges, bonas artes (ô veterum JCtorum ἐπιτάφιον!) coluit, nec ſuperioris ævi ἀγροικίαν revehere ſtuduit, conquiſivi. Intelligo hunc ipſum Ordinationem Cameræ aſtrictiſſimè & facillimè togæ jure donaſſe, nec velut ſaltanti perſonæ veſtem induiſſe. Ille definivit, diviſit, & nihil omiſit, quod faceret ad formam faciemq; artis. Non tamen auctoris verba rigidè ſemper, & ut ab illo poſita, repoſui; Pauxillùm inflexi, ſubſtitui, emaculavi; nec tamen arbitrium mihi ſumſi in ſcriptum alienum. Mihi hoc fieri nolim, & mali exempli eſt. Sed ut è fonte (Principem humanitatis adnoſce) quod haurimus noſtrum eſt, quisque tamen ſuo vaſe: Sic quod è communibus ſcriptoribus, ſed quisque pro judicii ſui modo. Cape ergò & hanc Lector laciniam ἢ ῥακώματα, centunculos, à meâ manu, ordine; ad quam contexendam

novitatis

novitatis ventus (facili fide id teſtor) me non impulit, ſed ùt *Juris Cameralis* partes ſub hunc adſpectum integrè adlocarem, ſi forte alicujus bono optimoq; id fieret. Utinam veſtigia majoris cujusdam pedis notes! Liberè feram monitionem, ſi quid ἀμεθοδίαν vel ἀπαιδευσίαν redolebit. Patiar me cædi in meis caſtris; ſi ſervas, cape civicam coronam; ſi in jus rapis, damni infecti coram æquiſſimo prætore age, agamus. Doce, perſuade, ô bone; & ut in ludo pilæ (magni viri ſcito) alterius eſt commodè mittere, alterius etiam ſi quid erratum eſt, quàm belliſſimè excipere, & arte corrigere: Sic æqui Lectoris putabis, flectere quædam, ut JCti dicunt, in benigniorem partem. Tu fac, ô litterarum bonarum patrone, ô Candidate, (Imperitorum enim improba judicia tanti facio, quanti floccos ex æthere decidentes

Quando ruit denſum tacitarum vellus aquarum.

imò tanti —— *quanti rupes Marpeſia Cauros.*)

fac, & fave, fave illi qui ex hoc muſtaceo laureolam ſibi non ſpondet, & in fidis ſilentii caſtris meret; & præcoces velut quosdam fructus hæc putat, qui tamen magnatum menſis inferri ſolent, & gratiam feſtinationis mereri. Gallinæ ova quædam ſubventanea edunt, parituræ mox vera. Ita interdum fas, primotinos ingeniorum fœtus leviter excludere. Et quid quæſo ab homine perfectum unquam profectum? Cogita,
& hac lege, longùm vale mihi Lector;
& ſi tanti hoc etiam
habe.

AD LIBRUM SUUM PARO-diâ Valer. Martialis lib. I. Epigr. II.

Longa domus properè veſtîgas limina feſtæ,
Cùm tibi parve liber patria tota vacet.
Neſcis heu neſcis veteris faſtidia Spiræ:
Nuntius & pars hîc civica jura tenent.
Majores nuſquam tituli: juvenésque ſenésque
Dant reſponſa, pares Cæſar & ordo fovent.
Audierint cùm grande ſophos, tunc pagina vivit,
Ibis ab intutâ miſſus ad ima manu.
Spe tamen ingratâ fruere: illîc nomina forſan
Donabunt veniam, nomina clara foro.
Quos colui, noménque decus quîs adſtruit, illa
Inclyta Romanæ numina juſtitiæ.
Si faciles hæc noſtra legent, facilésque probabunt,
Tunc faſtidito, gratia nulla perit.
Atque bonos inter ſi ſecula pauca moraris,
Non artâ poteras tutior eſſe domo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PRÆLOQUIUM.

I. RODOLFUS II, Bono favente Numine electus Imperator [a], Cæſar. Roman. Pius. Felix. Auguſtus. Inclutus. Rex Germaniarum [b], Pannoniarum, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ. Exarchus Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lucelburgi, Wirtembergæ, utriusque Sileſiæ. Princeps Sueviæ [c]. Marchio Burgojæ, Moraviæ, quaque ſuperior, inferior, Luſatia limitem profert. Comes Habespurgi [d]. Tirolis, Phirdæ, Kiburgi, & Gortiæ, &c. Landgravius Alſatiæ. Dominus Vandalicorum, Portenojæ, & Salinarum, &c.

Certum omnibus, hac illuſtri ſpondente ſyngraphâ, eſſe jubemus;

Cùm in frequentiſſimo procerum [e] conſeſſu, anno CIϽ IϽ LXXXXIV felici exacto, Ratisponæ alterâ Auguſtæ Tiberii, quæ nobis & ſacri Imperii matriculæ [f] nomen transſcribit, more inſtitutoq; majorum per nos convocato, relatoq; à nobis articulo *Juſtitiæ* [g] ipſius cauſam adſtruente, votis planè conſentientibus loco ſententiæ decretum fuerit; quâ ratione modoq; prælato, Dubiorum in primario Juris & Juſtitiæ Tribunali [h] proprio incommodo multis ambagibus involutorum in celebri Imperii Synodo, quæ Wormatiæ (urbs eſt Vangionum [i]; vetus & ſolens in nos Imperiumq; fidei & obſequii) Anno CIϽ IϽ LXXXVI convenit, con-

latis ſuffragiis examinatorum, & benignis arbitriis magnam partem evolutorum, auguſtæ Deciſiones [k] formulâ Pragmaticę ſanctionis, in Senatusconſulti Ratisponæ publicolati leges conjectæ, in ſacri Imperii [l] auditoriis, quaq; Romanum jus nomenq; patet, apparére, & maximi ejus Judicii curiæ, quod factum quidem, tanquam Imperialium decretorum cuſtodi & præconi commendari poſſint; indeciſis nonnullis cauſis, adverſus quas variè, præcipitatâ in futurum proximumque curâ, conſtantibus Wormatiæ coactis comitiis quidam disſeruerunt, Jus ſubjectionis, quod vulgato termino Landtſaſſiatum JCti practici enunciant, Jurisdictionem Cameræ, & caput Mutui attinentes, commiſſis, Et mutuo adſenſu receptum ſit, quandoquidem ipſo præſentium urgentiumque Ratisponæ Comitiorum momento, aliis adſcitis impedimentis inſtitutum tardantibus, integrè cognitio notioque de memoratis iſtis intricatisq; controverſiis exigi nequiverit, Cameræq; Imperialis Prætorium inclytum per indigenas advenasque, novas quæſtiones ab eo temporis interjectu ſubmiſerit, quarum prolixitatem & neceſſitatem adeò exactam exquiſitamq; cognovimus, ut primo quoque diei ortu deſtinato conſilio illas conjunctim tractare atque definire publicè uſui habitum fuerit; ut, Deum venerati, quò conſilia noſtra Reip. proſperet, & conſiliorum memoriâ atque operum exemplo nos juvet, Illuſtribus noſtris Commiſſariis, Principibus Electoribus [m], delectis, & Ordinibus, aut horum Legatis, (quos patriâ coràm obteſtemur) præcipuis cui ſecreta conſilii innituntur, publicâ auctoritate atque miſſu ablegatis, Procuratorio juſto promptis, Anno conſequente, curato præcisè termino (nec enim contatione dies abſumendi) quem in dicto adnotatoq; decreto pepigimus,

Spiræ

Spiræ noſtrâ & Imperii modò aſſertâ urbe, coëundi, Reip.conſultandi, capita vexatæ quæſtionis & cauſæ, ſubmiſſas difficultates, atque omnem inveteratam litem, publicâ curâ excutiendi, præcidendi, unanimi adſeveratione in commune expendendi, atq; noſtro Imperiiq; publico nomine totam cauſam tranſigendi, copiam daremus. Præterea quoque ſummi Judicii Viſitatio, non tamen in modum ſolemnium conſuetarumq; hactenus viſitationum imperata, obviorum defectuum neglectuumq; in perſonis & rebus emendatio decreta, harum aliarumque Quæſtionum reſolutarum definitio illuc remiſſa ſit, quemadmodum textus contextusq; Anno CIↃ IↃ XCIV conventi vulgatiſſimiq; Senatusconſulti §. CII. certiùs curatiusque loquitur.

COMMENTATIONES AD §. INITIALEM.

a) Id ſummi faſtigii vocabulum, quâ appellatione Imperator cætera Imperia præminet, & vim principatus, ſibi magnitudinemq; firmat. Nova in Remp. merita, non uſitatis vocabulis honoranda alii cenſeant. Si Princeps felix bello, ſuis ducibus ſuisq; exercitibus Remp. auget, rara laus eſt. Nomen Imperatoris auctoribus militibus veteres Principes acceperunt. Clarè id innuit *Tacit. lib. 1. Ann.* fauſtis in Germanicum ominibus & ſi vellet imperium, milites promtos oſtentavêre, *lib. ann. 2.* miles in loco pretii Tiberium Imperatorem ſalutavit, *lib. 3. ann.* Nero Germanici filius Imperator conſalutatus eſt, *lib. 12. ann.* Nero Domitius illatus caſtris eâdem honoris prærogativâ augetur *lib. 1. hiſt.* Galba à legionibus princeps audit, *lib. 2. hiſt.* egreſſum cubiculo Veſpaſianum milites ſolito adſiſtentes ordine, ut legatum ſalutaturi, Imperatorem ſalutavere. Tum cæteri occurrere, Cæſarem & Auguſtum, & omnia principatus vocabula cumulare. Et ob res proſperè geſtas quandoque laurus faſcibus imperatoriis addita. *Idem lib. 13. ann.* Tiberius quoque Blæſo, *lib. 3. ann.* tribuit, ut Imper. à legionibus ſalutaretur; priſco ergà duces honore, qui be-

ne geſtâ Rep. gaudio & impetu victoris exercitus conclamabantur. Erantq; plures ſimul imperatores, nec ſuper cæterorum æqualitatem. Conceſſit quibusdam & Auguſtus id vocabulum, at tunc Tiberius Blæſo poſtremùm.

b) *Tacitus* quoque Germaniam geminam adſeverat. Germaniæ inferioris Legionum meminit *lib.1.ann.lib.1.hiſtor.* Superioris *lib.1.ann.eodem lib.1. hiſtor.* De Galbâ prodit, dum vigebat ætas, militari laude apud *Germanias* floruiſſe. Ipſam Germaniam & Germanos (obiter ὡς ἐν σκιᾷ hoc dico) qui cognoſcere avet, habet illum ipſum *Cornel. Tacitum* libello de moribus Germanorum, quem nuperè adeò abſolutiſſimis commentariis abſolvit *Philippus Cluverius*, ô virum aurei eloquii! in opere

Docto planiùs & laborioſo,

quod Germaniam antiquam indigetat. Ego ſcio, Germaniam, *pace & bello optimam gentem, & nullos mortalium armis, aut fide ante Germanos eſſe*.

c) Lineâ Principum Suevorum in Conradino fine gentis familiæq; deficiente, *Peuc.lib.5.Chronic. Georg.Remus* JCtus Noricus (quem meritò amiciſſimum habeam) in procemio & veſtibulo paraphraſticarum commentationum ad Nemeſin Karulinam.

d) Hæc incunabula, hi natales ſunt ejus familiæ ſtirpisque, quæ unâ manu Orientem, alterâ Occidentem amplectitur, colluſtratq; ſole novo invia, avia: quæ tot provincias, victorias, dominia, miſſa

Totq; per innumeros ſceptra tuetur avos; publicumq; decus curæ habet.

Domus eſt ad faſtigium ſummum genita, quæ ex complexu Reip. incolumis perennis in annos obduret. Speremus in favore cœleſti erga Auſtrios tàm claro tàm recenti

——— ſtet Capitolium
Fulgens, triumphalisq; poſſit
Roma ferox dare jura Medis.

e) Proceres in Imperio Germanico ſpeciales Ephori ſunt, Cæſari proximè & immediatè ſubjecti, jura ſuffragii & ſeſſionis in publicâ Comitiorum panegyri obtinentes. *Receſſ. Imper. anno 1548. adnotatus* §. Wann auch/ꝛc. illud indicat. *Heig. quæſt. 2. lib. 1. Paurm. de jurisd. Imp. lib. 2. c. 1. Petrus de Andlo, de Imper. Rom. 16. cap.* numerant nomina, catalogumque Principum, Ordinum conficiunt, quos Lector videat. Imperium in quot orbes, quos

ita

vocant ſeu regiones, tributum ſit, notat *Den.rubr.72.num.* *& 3.*

f) De albo Imperii *Budæus ad l.1. D.de edend.* & *Gailius 1. ſ.21.n.3.* ὡς ἐν παρόδῳ videndus eſt.

g) Juſtitiæ cauſam agit *Paullus Wehnerus* J*Ctus* in obſerv. ymologicis lit.I.

h) Appellatur in decret. Viſitationis anni 1570. §. Dann ob ol/ Senatus Imperii, ſeu conſiſtorium judicum imperii, ut ele- nti notione definit *Paurm.de jurisd.lib.2.c.5.n.4.* De cujus ju- dictione dixi uberiùs *ad §.20. infra. n.1.2.* *Andr. Gail.* in epi- ſtolâ præliminari obſ.practic. auguſtiſſimi judicii laudes promit, quo principio cœperit, *lib.2.c.1.num.28.29.de P.P.* memorat. corruptæ hujus ſplendidiſſimi conſeſſus leges ſunt, quæ causâ gnitâ jus & injuriam totius Imperii diſcernunt, & controver- itium lites dirimunt, *Receſſ.anno 1500.1.in pr.* Abſunt, longeq; ſunt ex *Tacit.IV. Annal.* querelæ, publicæ nempe mercis, nil tàm vænale, quàm advocatorum perfidiam eſſe; & quem- modum vim morborum, pretia medentibus, ſic fori tabem pe- niam advocatis ferre. Sanctè omnes humani diviniq; Juris entiam habere, & integram aut infarctam fidem adferre co- ntur. Probris contumeliisque multorum *Gailius* ipſe dictâ iſt. occurrit, & toti imperio cauſam hujus conſeſſus approbat.

i) *Tacit.libell.de morib.German.* ſcribit, ipſam Rheni ripam ud dubiè Germanorum populos colere, Vangiones, Tribo- s, Nemetas. *Idem lib.Ann.12.* auxiliares Vangiones ac Neme- prodit, & Vangiones *lib.4. hiſtor.* ad Caracatium, Triboco- m, delectum refert.

k) Quot hodie tricas, quas ſententiarum ambiguitates Ju- & æqui ſcientia, non ſecus ac ridicula Ægyptiorum ſacra, ocodilis, Ibibus & Cercopithecis referta portenta, quæ nullus piet aut explicet ab Etruriâ aruſpex. oſtentat! Lites in monſtra hydras ſuccreſcunt. Quid magis ſolemne, noſtris moribus & tidicinâ, ut Juſtus Lipſius alibi profatur? Lis litem gignit, ite- mq; hæc aliam, & catena fit, quæ heredes etiam ligat. Dic les, quàm multa in Jure, quæ uſum non habent? quàm impli- ta & variantibus ſententiis enodanda? quid ſi pugnantia quæ- m dicam? & ideo ſeminarium ingeniis ad calumnias frau- sque pangendas. Amelii vetus querela an ſcomma fuit, *Ju- prudentiam multorum camelorum onus eſſe.* quid nunc di- m? elephantos ab Indiâ adde, vix ferent. Inde conſilium

Digitized by Google

fuit Imperatori auguſtiſſimo Maximiliano II certas Juris deciſiones tradere, & generali edicto judices illis ipſis aſtringere. *Receſſ.quoq; anno 1570. §.78.* Damit aber alle/ ancipites Doctorum opiniones ab Cameræ Senatu adprobatas conſcriptasque, publicis Imperii Comitiis pronunciandas promulgandasq; deſtinat. Utinam ad hanc faciem ſe Leges dent! Paucæ, faciles, concordes. Quo facto (aliud enim remedii genus, cùm Juriſconſultis adnata ſit ad disſentiendum facilitas, res ipſa negat) pacata, & à turbis iſtarum opinionum ſecura Germania, Juris ſciens intelligens, æquabilitate judiciorum abundaret. Arduum illud munus leve accideret, cùm tot ſententiarum exoticarum volumina; (in quibus ſubſidii ſpes). Deciſiones Curiæ Romanæ, Neapolitanæ, Tholoſanæ, Delphinales, Bononienſes, Pedemontanæ, Peruſinæ & conſimiles, omnium manibus ſcriptionibusque terantur traducanturq;, teſte Juris Cameralis Agonothetâ *Mynſ. in præſcriptione Cent. Cameral. ad illuſtriſſ. Principem Heinricum Archiepiſcopum quondam Bremenſem, Electoris Auguſti* (ô virum, ô heroem!) *ex ſorore nepotem*; Et tot Aſtrææ ſacerdotes, tot Sulpitios, tot Ulpianos patria jactet, & artis prudentiæq; Camillos præferat. *Waremundus in lib. de regni ſubſid. c.15. n.4.* verè libereq; ſcripſit, hodie turbatam omnem Romani Juris ſcientiam eſſe; Verè: In Juris enim & Legum pelago ſcopuli & vada, imò & Scylla ſua & Charybdis eſt. Et *Duarenus* Ciſalpinorum doctiſſimus in orat. habitâ in cooptatione Nicol. Beg. queritur, pro Sulpitianâ juſtitiæ & æquitatis arte plerumq; litigandi, cavillandiq; viam diſci. Multi certè leges ut ceram habent: pro animo & lucello ſuo huc illuc ducunt & inflectunt. De fori corniculis, legum ſycophantis acutiſſimis, qui cautelas imò ſutelas conſtruunt, inimicitias, accuſationes, odia & injurias fovent, fronte ferreâ artem protollendæ, ſive tollendæ juſtitiæ jactant, nec ad Aſtræam, ſed palàm ad Colchos & aureum vellus eunt. habe auctores *Hering. de fidejuſſ. c.7. n.590. & ſeqq. Tiraq. de nobilitate c.29.* Caninum hoc ſtudium & litigium quis non habeat inter cauſas corrupti hujus ævi? quod *Colum.* lib.1. haud temerè conceſſum latrocinium dixit: Pulcherrimo Pop. Rom. faſtigio, Capito Atejus, principem in civitate locum ſtudiis civilibus adſecutus eſt. Cui conſulatum adceleraverat Auguſtus, ut Labeonem Antiſtium iisdem artibus præcellentem dignatione ejus magiſtratus anteiret. Namque illa ætas duo pacis decora ſimul tulit. Sed Labeo incorruptâ libertate, & ob id fama celebratior: Capi-

tonis

ſonis obſequium dominantibus magis probabatur. Illi, quòd præturam intra ſtetit, commendatio ex injuriâ; huic, quòd conſulatum adeptus eſt, odium ex invidiâ oriebatur. Suilius autem autore *Tacit. lib. XI.* ingentibus mercedibus cauſas præpoſterè egit: adeò ut Samius inſignis eques Romanus, quadringentis nummorum millibus ipſi datis, & cognitâ prævaricatione, ferro in domo ejus incubuerit. Igitur patres Legem Cinciam flagitarunt, quâ cavetur antiquitùs, ne quis ob cauſam orandam pecuniam donúmve accipiat. Pro quâ, & inquam, diverſas ſententias promtâ facundiâ prodit *Tacit. ibid.* omnino legendus; nam & ad ſumma provectos advocatos incorruptâ vitâ & dicendi peritiâ, memorat eod. loco. De principiis vetuſtiſſimi juris, & quibus modis ad multitudinem infinitam ac varietatem Legum perventum ſit, altiùs diſſerit *Tacit. lib. 3. Annal.* quem omnino magno bono videbis. Leges duodecim tabularum, accitis quæ uſquam egregia, finem (addo archetypum) æqui juris compoſitas quidem aſſerit; ſed ſecutæ quæſitiores leges plura protulerunt corruptiſſimâ Rep.

l) In cujus tranquillitate totius orbis ſalus conquieſcit, §. 1. *quomod. in læſ. Majeſt. crimin. proced. in extravag.*

m) Septemvirale Collegium Otto tertius, anno Chriſti 1002 inſtituiſſe dicitur, *Gail. 1. obſ. 21. n. 2.* mentio ejus fit *in c. 2. de ſent. & re jud. gloſſ. ibid. Carolus IV. in Aur. Bullæ repertis. & Innoc. III. in c. venerabilis. de elect.* rationem eligendi Imperatoris vocant *inveteratam conſuetudinem.* quamvis de auctoris temporisque certitudine Politici certent, nec tam diligenter olim quæſitus O-ritis ſit. Collationem illorum cum veteris præfecti prætorio dignitate, adſtruit *Weſenb. conſ. 42. n. 2. Waremund. de Erenb. de fœd. part. 1. n. 147.* Diverſitatem arguit *Heig. part. 1. quæſt. 4. n. 18.* Dignitas Electoralis per aureæ Bullæ, quæ ſtabilimentum Imperii dicitur, *Heig. part. 1. quæſt. 4. nu. 1.* Sanctiones, confertur cum regiâ. Cæterùm materia de poteſtate Electorum S. Rom. Imperii ad Juris publici conſultos, *Arum.* in diſcurſ. Acad. *Goldaſt.* in ſeniore ablegenda eſt; atque ad alios. ἄδηλον hoc atque notius, alera hæc tanquam Atlantem, Imperio orbis terræ & ſummæ rei, publicam felicitatem conſenſumq; generis humani admoviſſe. Vide *Matth. Coler. in orat. de orig. jur. Sax.*

§. 2. Quæ quidem juſſa conſultaq; licet inveterati obſequii laude cumulatiſſimi incorruptæq; fidei noſtri

Digitized by Google

commiſſarii vetuſtiſſimi Senatorum, ab imperii ſuffragatoribus auctoritate maximis, Deputatis Principibus & Ordinibus miſſi obnoxii Conſiliarii oratoresq́; publicæ cauſæ non abnuerint, ſed religioſiſſimè obſervârint, hîc feſto ſolemnibus Comitiis & conventu tempore Spiræ convenerint, in publicum conſilii & ingenii copiam fecerint, dubiorum prætactorum ſegetem incîderint, controverſiarumq́; telam quolibet ſuadentium audito magnâ ſui parte promtis ſtudiis exſolverint, viſitationeq́; Judicii Cameralis occœptâ actâque, articulos potioris notæ noſtro aſſenſu tractârint, quos, ut juſtitiæ ratio expeditior, & cauſarum concluſarum [a] facilior paratiorq́; deciſio habeatur, ipſi Receſſus (ita nomen vulgant) decreto addere placitum ſit. Ideo tamen coronidem ſummo operi aptare non licuit, quoniam in ipſo apparatu & procinctu (annum feralem ferebant) atrox valetudo quosdam ex uberrimis Oratorum inceſſit, quosdam fato (ire in pejus valetudo cœpit) hauſit, adeoq́; incommodum aëris cœliq́; intemperies neceſſitudinem feſtinati reditus fecit, & ſumpto quaſi juſtitio quilibet excuſatiùs tempus ad plures curas non produxit. Quæ interjecta prolatio, aliis ingruentibus cauſis, tamdiu producta fuit, donec anno turbido rebus externis, graveſcentibusq́ue in dies publicis malis, periculique celebritate, quod atroces odii Turcæ per irruptiones [b] in publicum languidâ ac ſolutâ pace ſtruebant, (hoſtiles enim ingreſſus præſidiis intercipiendi erant) urgente, anno proximùm elapſo CIↃ IↃ XCVII publica Comitia Ratisponæ celebratâ urbe Imperii, transigenda, noſtrâ auctoritate indicta, & ſummâ capitis iſtius pertractatâ communibus auſpiciis innovatio publicati, decreti, dilatiq́; conventus, atque hoc modo continuanda incertarum ſententiarum

im definitio, judiciiq́ue Cameralis Viſitatio denuò
on ex ordine annuoq; tempore, citra præjudicii com-
memorationem expedienda, ſtatutę fuerunt; eo tamen
certo præſcriptoq; modo quem proximo priore an-
o CIↃ IↃ XCVIII. [c] calatis celebratis Comitiis præ-
imus.

a) Etſi in causâ quoad judicem nunquam concludatur, ut
odiè in Camerâ uſu vulgatum eſt, *Gail.1.obſ.107.n.5.* tamen
ctâ utrimq; à partibus concluſione, quoniam partibus os clau-
n eſt, ut dicunt *Dd.Hippol.in pract.crimin.§.ſequens.num.14.*
concluſio ſit terminus disceptationis, *Hartm.tit. de actore.*
erv.1. n.7. excluſivus omnium novarum (non declarationum
undem) probationum *Mynſ.6.obſ.56.n.2.* Jura quoq; in qua-
aq; controverſiâ litium finem & exodium ſpectent, *l quidam*
ſtimaverunt D.de reb. credit. & c.finem litibus. de dol. & con-
n. Decius conſ.60.n.4. Omnino ſententia partes non fruſtrabi-
; quam importunè efflagitantibus judex Cameræ hoc tan-
n reſpondet, Irent & munia capeſſerent: Relatum iri ſuo
amq; cauſam loco & ordine, *Ordin. part.1. tit.10. §.8.* Es ſol
ch der.

b) Invaleſcit ille barbarus hoſtis, agit & fert res urbesque
ſtras, & quid niſi latus & tutus illi ferè limes in penetralia Eu-
opæ noſtræ? Jus belli ille profanum habet. Bellum enim præce-
denunciatio, diffidationem vocant, (vulgò Abſagung) quæ
atò fit, *Aurea Bulla cap.17. Gail.lib.1.de P.P.c.4.n.41. è Bald.*
.2.C.de ſervit.& aqua. Quâ per imperii orbem ſublatâ, *Receſ.*
15.11.cap.1. & 2. caput 17. aureæ Bullæ quoad hunc articulum
iquatum, & pax inter omnes proſcriptionis pœnâ ſancita eſt.

c) eſt *§.decreti* Welcher geſtalt wir nun. & *§.* Darauff ha-
wir uns weiter.

§ 3. Quem ſtatuti temporis articulum, etſi à nobis
egati, Electorum, Principum & Ordinum, Legato-
n plerique ſecretis frequentes & apud illos in aucto-
ate & fide, factâ anno CIↃ IↃ XCIX Spiræ publicâ
ngregatione, negligentiâ non transmiſerint, ob in-
enteis tamen recentesq; difficultates, continuatâ ſe-

rie & intemeratâ fide, iſtius anni momento operis molem exigere datum non fuit. Quamobrem promovendæ, uniceque proferendæ juſtitiæ causâ, auſpiciis Wolfgangi Archiepiſcopi Moguntini gentilis noſtri & Electoris, imperii per Germanias Archicancellarii [a], iteratâ vice, Principes Electores, Principes conſcriptos & Ordines, tractaturos protracti hucuſque conventus negotia, compellandi, Spiramque, quæ noſtra urbs eſſe meruit, dicto die decimo Aprilis, quem ſtilus novus anni vergentis CIↃ IↃ C. computat, convocandi, vegrandes cauſæ nos impulerunt; Quorum Conſiliarii, quique officio legationum advenerant & directores, huic rei dati, præſentibus Commiſſariis noſtris, incitato ſtudio promti, præſtò fuerunt, adfatus communionis copiam fecerunt, inlatâq; per noſtros propoſitione, Viſitationem Cameræ Imperialis occœperunt, cœptæque tractationi ex uſu publico complementum finisq; fuit, & quodcunq; anno CIↃ IↃ XCV. ipſa laborantis juſtitiæ vox jure prope ſuo velut publico nomine efflagitavit, enixiſſimo explanatiſſimoq; conſenſu confirmarunt, omniumque prolixiùs antè cognitorum dubiorum perplexitatem telamq; nobis facilibus atque pronis, ut nunc leges bono in uſu ſint, compoſitiùs reſecarunt, confeceruntque, & omnia ſub aſciâ ab ipſis dedicata poliverunt.

a) Quando dignitas Archicancellarii in tribus Archiepiſcopis hereditaria eſſe cœperit, & cum infulis per ſuffragia acceptis communicata ſit, obſcurius eſt. Alii ſiquidem & originem & inſtitutionem illam ad auctorem ex collectis naufragii tabulis, fundatoremq; occidui Imperii Carolum referunt; alii ad ætatem & tempora Ottonum devolvunt; alii Friderico primo; alii ſecundo tribuunt. Bullæ denique aureæ ſunt, qui initium & nominis & præeminentiæ aſſignent, & Carolo quarto acceptum ferant. quas ſententias fusè ediſſerit *Herm. Kirchn. lib. I. de dignit.*

Cancella-

ancellarii cap.3. à num.8. Primus è Germanis fuiſſe perhibetur hriſtianus Archiepiſcopus Moguntinus, qui cùm ante Divi arci Cardinalis hereditariò Cancellarius Pontificiæ aulæ eſſet, m Imperialis aulæ Cancellariatu, Pontificium Vicecancellaitum (Cancellarii enim nomine, ut *Sylv.de moribus Germanom* diſertim innuit, Pontificia ſedes non utitur) conjunctim teerit. *Idem eod.cap.num.80.*

§.4. Quibus actis exactisque, cùm negotium pro nfecto interpretati ſint, rogataque concluſio, quæ à ommiſſariis noſtris, intercedentibus ab Electoribus, 'ectis. Principibus & Ordinibus in eam legationem ectis, tam in viſitationis quàm conventus hujus nſilio in commune nullius disſenſione promta fuit, bis, ut ſententiam noſtram opperirentur commiſſa miſſaq; ſit; eam lætiùs accepimus hocq; ſtilo lucuter conceptam tractatamque Imperiali auctoritate, aſionem ad bonum publicum vertentes approbaius [a], acceptam habuimus, & tabulis hisce publicis ertam, in Imperii tholo justitiæque templo ſuspenius.

a) ab Imperiali ſcilicet culmine jura, leges & publica ſcilut è liquido canali manant.

.5. Etſi verò anno CIↃ IↃ XCVIII. Ratisponæ Conſulto, in eo placito, quod anno CIↃ IↃ XCV. to deputatorum conventu Spiræ, cum commiſſanoſtris communicatum fuit, volutatis inter ſe raibus benignè acquievimus, cujus ſumma caputq; it, quî, flagitante illud pertinaci neceſſitatis vi, ex poſt annnm CIↃ IↃ LV. concinnatis promulga-Imperii, Deputatorum, Viſitatorumq; [a], decretis, ſti tutionibus, Commentariiſve, generalibus des, ſententiis concluſis (quæ ſingula fato cauſarum oriſq; imminente, ordinationis Cameræ [b] emen-

dationi innovationiq́; multùm contulerunt) Iſagoge & breviarium quoddam confieri poſſit, quod ſemper ſubſerviat & menſæ decretis faciundis dicatæ præſtò ſit; quâ ipsâ causâ judex [c] & Adſeſſores Cameræ ſpectatos egregiæ eruditionis laude viros, verſatiſſimos in ordinationis ſtadio, qui ejus conſulta rariori obſervatu maximè perdidicerunt, & huic rei conficiundæ perquàm paratiſſimos, utriusque Religionis [d] æquato numero deligunt adſciſcuntq́ue, qui publicâ largitione Cameræ conſultum perquirant, & quicquid proceſſui dirigendo ex Imperii, Deputatorum, Viſitatorumq́ue ſtatutis repertum eſt, in ſcriptum conferant, & ad Tabularium Maguntinum, noſtrâ atq; Ordinum auctoritate & adſenſu promulgandum edendumq́; referant. Quem laborem promoturi, judici & Adſeſſoribus Cameræ, illius procurandi integrum negotium, penſo operarum ordinariarum non interrupto, in decreto laudati nominatiq́; Receſſus dedimus.

Cùm verò ad Tabularium Maguntinum nihil delatum ſit, & per commune hujus ipſius Conventus decretum plura ſancita ſint, quæ ad ordinationis Cameræ innovationem conferant; denuò inſtantiore curâ flagitamus, & pro publico bono à judice Adſeſſoribusq́; requirimus, ut illud quod ratum acceptumq́ue tam æquè & clementer habuimus, & in allegati Receſſus Conſulto ipſorum fidei commendavimus, promoveant, & quicquid hîc definietur, aut etiam curatis viſitationibus in adverſaria congeſtum, commodum putabunt, ipſiq́; commendatum habent, ſimul expendant, & omni ambage recîsâ ſynopſin, quò finem adſequi fas ſit, & omnes uno jure devinciantur conſtitutisq́ue nitantur, in Tabularium Maguntinum deſtinent [e].

a) Viſitatorum commentarii quòd in pleno Senatu recitentur,

ut, vide *Denaiſ. in jur. Camer. rub. 280. num. 9.* quomodo in curiâ
aſſerventur ſub cuſtodiâ publicâ, eundem *rubr. 114. num. 1. 2. 3.*
Commentarii aliâs qui veteribus dicantur, docet *Tacitus lib. 4.*
nnal. & alibi. Scilicet annales ſunt privati & ſepoſiti, quibus vi-
am ſuam & caſus ſuorum poſteris quis memorat.

b) Ordinatio Cameræ quando publicè prælecta, & recogni-
ſit, vide *ipſam ordin. part. 2. tit. 30. §. ult.* Vnd dieweil ſich. In
amerâ contra communes opiniones ſæpe judicatum teſtatur
ynſ. 1. obſ. 22. & paſſim. Gail. lib. 1. obſ. 36. num. 8. obſ. 51. ſub finem.
ſ. 77. num. 3. 4. 5. obſ. 113. n. 4. & 9. obſ. 108. n. 3. 4. 5. 6. obſ. 149. in fin.
em lib. 2. obſ. 41. num. 4. Contraria quandoque etiam præjudi-
a extant, cujus rei exempla è *Mynſ.* obſervationibus Camerali-
s deſumuntur, *cent. 1. obſ. 11. cent. eâdem obſ. 100. & appendice*
eand. cent. 2. obſ. 54. cent. 3. obſ. 89. cent. 3. obſ. 36. cent. 4. obſ. 44.
nt. 3. obſ. 52. cent. 4. obſ. 6. cent. 5. obſ. 6. cent. eâdem obſ. 11. cent. 6.
er. 48. De *Gailii* obſervationibus idem prodit *Erneſt. Cothm.*
ſ. 13. num. 129. & ſeq. & liquet ex *obſ. 91. num. 19. lib. 2.* Hinc
òd ante latis ſententiis non conſtringantur Camerales, quin
ſtea ab iisdem in ſimilibus caſibus decidendis ſententiando
edere poſſint, adſeverat *Fichard. conſ. 59. num. 9. volum. 2.*
Camera etiam contra Juridicorum collegiorum (quæ oracu-
rovinciarum ſunt) reſponſa judicat, ut *Sixtinus ὁ μεγαλείτης*
sconſultiſſimus in orat. de vitâ Doctoris Joannis *Clotzii, Haſſiæ*
ncellarii, refert. Cauſa vel minima facti circumſtantia eſſe ſo-
ut ibidem *Sixtin.* ex ore *And. Gailii repetit.*

e) Itaque *Wurmſ.tit.5.obſ.13.* ſententia fallit, quæ ſtatuit procuratorem non poſſe petere taxationem expenſarum, niſi ſuper hoc ſpeciale habeat mandatum, vel generale ad lites præſentes & futuras. Procurator an poſſit petere executionem, vide eund. *tit.eod.obſ.7.* adde *Ordin.part.3.tit.50.*§.2. Zu dem ſollen. An autem valeat mandatum, ſi in eo omiſſa ſit litis conteſtatio, quærit, & in facto concludit *Mynſ.4.obſ.99.* Videntur autem verba illa generalia, quæ mandato adjecta erant (vnd alles anders/vermög Rechtlicher ordnung/zu handlen) illi faviſſe. Mandata enim ſi neceſſarias contineant clauſulas, anxiè non excutiuntur, ſed quantum licet interpretatione juvantur, *Denaiſ. rubr. 236. num.4.*

§. 67. Cumq; traditum ſit, ex æquo & pari non ſtatui, ſed diverſis ſententiis distineri, cùm Procuratoribus fato [a] functis, cauſæ ſuſpenduntur, & partes, factâ ex intervallo denunciatione, plus nimio adgravantur, aut in cauſarum reſolutiones ipſæ non propendent, ſæpiùs poſteà citationes ad readſumendum non citra difficiliorum ſumptuum diſpendium flagitantur, & executioni deſtinantur, inque puncto legitimationis aliquando noviſſimè ambiguę diſpenſationes ſuccedunt, & variis ſubmiſſionibus certatur, quæ judicio fruſtrà negotium faceſſant, & ab aliis gravioribus curis deſtineant, distrahantque; interea verò uſu veniat, documenta acta, dictata, quæ apud procuratorum heredes [b] deliteſcunt, & blattas paſcunt & tineas, ſeponi, amitti, distrahi, aut non niſi poſt longam moram impendiaq; reparari reddique; ut itaque protelationes iſtæ faceſſant, partes, ſi modò ipſæ litis finem ſeriò expoſcunt, plures uno orandis cauſis conſtituendi adjungendiq; [c], ne ſucceſſor in incerto ſit, jus fasq; habebunt; ita tamen ut unus primo & principe loco agat, relliqui non niſi in eventum [d] caſumq;, ſi contingat alterum loco ſubmo-

veri, confeſtim optiones & ſuccedaneos ſe dent & cauſam per mandati repetitionem proſequantur, aut ſi cauſæ recuſandi militent, tertio ſequentiq; per mandatum certo committant, vel apud curiam, non tamen in pleno Togatorum conſeſſu, partesq; denique ipſas facti invidiam declinent. Interea ſubrogationis iſtius causâ præmium [e] emeritum aut donarium à partibus non exigent capiéntve.

a) Mandatum procuratoris quando è contrario morte principalis extinguatur, lege *Mynſ.2.obſ.84. Gail.1.obſerv.46.num.3. Wurmſ.tit.5.obſ.15.*

b) Heredes procuratorum (his enim, non alii Procuratori vel Advocato in manus perveniunt, *Den.rubr.10.num.9.*) ſi acta detineant, & ſalarium non exſolutum obtentui ſumant, quî judex & adſeſſores partibus conſulant, lege *Denaiſ.rubr.11.num.10.*

c) *Receſſ. anno 1566. §. 97.* So ſetzen vnd. docet, quomodo Procuratores arbitratu ſubrogandi utantur, quoad ſubſtituti, optione partium revocentur. Quomodo, & apud quem ſubſtitutiones fiant, expedivit *Den.rubr 239.num.6. & 9.* Illud non indiget probatione, ſubſtitutum procuratorem ad litem, etiam poſt litis conteſtationem alium ſubſtituere poſſe, *Mynſ.1.obſ.43.* ubi plures allegantur. Quòd procuratores, ſubſtitutos ſuos jurejurando obligent, ne quid arcani apud ſe didiciti eliminent, aſſerit *Receſſ. anno 1566. §.99.* Als dann bey. & quod abituri probè eos inſtruent, *Deput. anno 1557.§.32.* Wiewol auch in.

d) Quando ex procuratoribus quilibet in ſolidum conſtitutus cenſeatur, tradit *Mynſ.1.obſ.47.*

e) Salario prohibito, an liceat ultrò oblatum accipere? cognoſce è *Mynſ.2.obſ.75.5. obſ.53.* ubi agit de ſtatuto, ſi quis eſſet prohibitus petere, an liceat ſponte oblatum promtâ manu accipere.

§. 68. Grave accidit, datumq; crimini ſummi Tribunalis procuratoribus vetus & penitùs ſolemne eſſe, procuratoriorum generalium (quæ ſcitè mandata cum ſignaturâ dicuntur) ad omnes cauſas acceptorum prolatorumq; exempla non ante ad alias controverſas cauſas

Digitized by Google

ſas trahere, niſi pars adverſa illud poſtulet, aut judex per ſententiam flagitet. Ob quam quæſitam prolationem, procuratosq́; inanes Receſſus, flagitatas ſubmiſſiones & ſententias nullam planè dependerunt pœnam, ſed ſolùm, ut ad proximam rogationem, Ordinationis duntaxat pœnâ illa ipſa edant, ſancitum fuit. Qui conatus & protractiones, ut impunè non abeant, & pari jure omnes utantur, poſthac juxta viſitationis anno CIↃ IↃ LIX transactæ conventa, perpetuitate legis à nobis firmabitur, ut, quoties procurator moras ſubnectit, & non ſponte nulloque admonitus decreto, exemplum procuratoris generalis profert, ipſi ſimul pœna Ordinationis ſine remiſſione dicatur, & ſi ad proximam non pareat, in ſecus facientem pœna arbitraria præſumatur, extra quàm ſi diſertè prohibeatur cauſæ iſti adſiſtere, quod in vicem legitimationis demonſtrabit; & ſi idipſum neglexerit, ut Ordinationis pœna locum ſibi poſcat.

a) Eſt §. **Vnd dieweil etliche** Procuratores **ſo von jhren &c.** cui conſonat *Receſſ. anno 1566. §. 95.* **Vnd dieweil.** Exigitur enim ibi, ut generalia mandata habentes, vigore eorum omnibus in cauſis pendentibus agant. Quomodo aliâs pro procuratore præſumatur, etiamſi de mandato non conſtet quicquam, exegit *Mynſ. 5. obſ. 80. &* W*urmſ. tit. 5. de proc. obſ. 14. num. 1.* Quòd mandatum captioſum ſit, *ad omnia utilia faciendum*, &c. docet, adſtruit, *Vant. tit. de null. ex inhabilit. ſeu def. mand. num. 5. 123.*

§. 69. Moleſtè quoque acceptum eſt, ſi procurator ſperati agens tantùm caveat, reipsâ tamen nullo mandato inſtructus compareat, & ſic pendente ſuspenſoq́; illo cautionis ad legitimationem termino non æquè cauſa properetur, aut citra manifeſtum eluſionis futuræ periculum, quicquam etiam quoad præfixionem præſtitutionemq́; termini (qui facilè extra deſtinatum tempus cautionis, & ſic in præpoſterum abruptumque

ſpatium incidere poſſet) decernatur; cùm in incerto ſit, an legitimationem prolaturus ſit, ſæpiusq́; uſus tulerit, ut illud neglexerit, ſicq́; periculum immineat, ne id quod antè actum, deciſum, rituque ſolemni peractum eſt, intercidat & planiſſimè corruat: quorum neutrum ullus, ſi adverſus eum damnum vergat, aut vergere poſſit, probabiliter confirmabit, & per oblationem mandati acceptum habebit, ſed æquiùs arbitratu judicis pœnam expectabit, & per moram hanc erogatos impenſoſq́; ſumptus inlataq́; damna reficiet; Siq́; proceſſus in contumaciam urgeatur (quod ex integro fieri conſuevit, cùm acta planè interciderint) legitimationem tunc primùm obtentui ſumet, ſeq́; cauſæ interponet & miſcebit, eamque eâ ſorte, quâ in hoc proceſſu contumaciæ apparebit, adſumet; interea verò ſæpius periculum in morâ longâ verſetur, & irreparabile damnum multâ cum invidiâ injuriâque facti ingruat, ita ut pœna, quæ hoc caſu, cùm ante litem [a] teſtatam conteſtatamq́; intra tempus cautionis vel ultrò acceptum, vel ſtatutum legitimatio non præſtatur, arbitrariè inrogatur, actori [b] preſſo oppreſſoq́; non ſubveniat, reſtitutioq́; [c] ſumptuum, qui ex dilatione iſtâ litis & tempore ad cautionem indulto tantùm proveniunt, imò ipſa exſolvenda pœna non principalem, ſed procuratorem attineat, ſicque, dato etiam rem æſtimationem recipere, & refuſio, & pœna minor contumaciâ notabiliq́; culpâ ſit, principaliſq́; citatus qui pervicaciter hæc talia ſtruxit tanquam innocentiæ laude integer dimittatur. Iſtis itaque corruptelis ut aditus præcludatur, & ne id quod agitur proponiturque in ambiguo, ejusque effectus & vis in arbitrio unius verſetur, judex quoque aliquid ſolidi certique tam in principali, quàm ratione termini cum comminatione aliquâ ſolitâ de-

tâ decernat, publico ſuffragio (magno adſenſu celebratâ ſententiâ) ſancimus, ut in omnium cauſarum momento, in quibus periculum damni irreparabilis, vel annullationis (per quam prolata ſententia repudium pro Tribunali patitur) metuitur, cautio rati poſthac vice mandati locum ſibi non poſcat, ſed in contumaciam illicò procedatur; vel legitimationi (quæ ad primum terminum commodè adſtricta fuit) ſub comminatione proclamatis per breve temporis interſtitium ex loci diſtantia vel propinquitate deſtinetur; Cæteroquin in aliis articulis ſubmiſſionibusq́; hujus familiæ cautiones curentur tolerenturq́;.

a) De cautione rati ad uſq; litis conteſtationem, lege *Ordin. part.1.tit.21.§.1.* Weiter ſetzen. *Wurmſ.tit.10.obſ.2.& 3.4. Maſcard.concl.1006.* Poſteà procurator de mandato docere debet, niſi ſit talis qui ſine mandato pro alio in judicio intervenire poteſt, *Gail.1.obſ.133.Mynſ 3.obſ.53.* & protinus agenda expediendaq́; agere. *Receſſ.anno 1570.§.101.* Nach dem auch.

b) Contra falſum procuratorem rei fit executio ſententiæ. Secus eſt in procuratore actoris, *Mynſ.1.obſ.75.5.obſ.49.Hartm. de procur. obſ.1. verſ. & ſic quando.* Itaque exceptiones contra procuratorem variæ bene militant, *Wurmſ.tit.8.obſerv.9.* quæ quando militent, vide eundem. adde *Vant.tit.de nullit.ex inhab. ſeu defectu mand.num.1.2.3.*

c) *Receſſ.anno 1566.§.93.* Alſo auch fürkomt. illud indicat indigetatq́;.

§.70. Si quis in cauſâ jam pendente ambiguâque absque citatione ad readſumendum [a] fidem interponat, idq́; penſi habeat caveatque, tempus fruſtrà fallat, ita ut demum poſt prius dilapſum tempus citatione ad readſumendum opus ſit, illi pœna ſolito major poſthac denunciabitur; quemadmodum & in ſimili culpam eâ ipsâ pœnâ præſtabit, cùm ex iſtâ præſtitâ cautione & fruſtrà dilapſo tempore aliud damnum adverſario

contingct,quod legitimatione ſtatim paratâ,præveniri potuiſſet.

a) *Receſſ.anno 1566.§.94.* **Da in einiger.** jubet,ut procuratores ultrò citationes ad readſumendum ſi opus ſit,curent; quæ quando & ubi decernantur,vide *Den.rub.73.num.1.rub.290.n.9.* & quis titulus in reproducendo genuinus inſcribatur, eundem *rubr.318.num.6.*

§. 71. Cùm Procurator cautionem obtulit,adverſæ verò partis patronus oblatum legitimationi tempus neget, & ideo ſententiæ ſubmittat deſtinetque, cognitum allatumque eſt,hujusmodi ſubmiſſiones morâ valuiſſe priusquam exactæ fuerint, tuncque primum à tempore præſtitæ reverà exacteque cautionis cœpiſſe, interea dilatam cauſam, & legitimationem ultrà tempus à procuratore ipſo rogatum diductam fuiſſe. Iſthæc verò temerè flagitatæ protractiones ne longiùs invaleſcant,nemine adverſo definivimus, ut, prout in aliorum terminorum adſignatione receptum eſt, etiam hoc caſu tempus ipſum,quamprimùm à die oblatæ [a] cautionis computetur inchoëturq;,quique cautionem hanc detulit,eo numero ac ſi revera riteque illam præſtitiſſet habeatur, potiſſimùm eo fine, ut aſtringatur & ſummâ ope nitatur ſub pœnâ arbitrariâ ad delatam intra hoc tempus legitimationem,& firmanda ſine fuco & paraturâ,promiſſa.

a) Sic oblatio appellantis ſe ſatisfacturum ſtatutis & privilegiis municipalibus ſufficit. Sine mandato vel cautione,ſeu præſtitâ ſive oblatâ agentes procuratores quòd multentur,vide *Den. rubr.235.num.6.*

§. 72. Si procurator, poſtquam hinc inde concluſum,aut in hoc vel illo puncto ſubmiſſum delatumque eſt,vitâ concedat, & alius ejus vices locumque ſuppleat ſarciatq;,is ipſe quoad priores ſubmiſſiones [a],prolixioris temporis uſum induciasque,quemadmodum quidem

dem antehac creberrimè magnâ cauſarum quæ temerè protractæ productæq́; fuerunt, jacturâ flagitatum eſt, non exiget, ſed ſubmiſſiones ſimpliciter repetet; aliâs enim petitione, reſervatâ pœnâ, excidet, & ſuper factis ſubmiſſionibus citra crambem recoctam pronunciabitur.

a) *Den.rubr.305.num.7.* In ſubmiſſionibus ſubmittendi cauſæ aliâs exprimendæ ſunt, *Denaiſ.rubr.289.num.4.qui ſeq.num.5. & rubr.ſeq.* ſubmiſſionum leviorum deciſionem expedit. Submiſſiones quomodo referantur, vide *Den.rubr.262. & 261.* adde *eundem rubr.293.num.3.4.*

§. 73. Si vivo adhuc procuratore conceſſum ipſi tempus planè perierit, antequam verò ordo ſeu agendorum tela ipſum attineat, in fata concedat, non convenit, an procuratori qui locum ejus ſuſtinet, ex integro tempus dandum impertiendumq́;, an verò proximo ſuo ordine agere compellendus ſit? Illud ut deciſione definiatur, adprobè placuit, cùm variæ diſtractiones ex morâ & intervallo interveniente, intercurrere poſſint, ut noviter ſubLecto procuratori tempus perbreve [a], intra quod inſtruatur, & agendorum telam colligat, adſignetur.

a) De terminorum conceſſione negationéve, cape *Denaiſ. rubr.302. & ſeqq.* nominatim *rubr.307. Receſſ. anno 1594. §.60.* Vnd demnach flagitat, ut procuratores, ipſo obtento termino, primóve ſuo ordine, quod agent, agant, & *§.61.* ſequens innuit, ut parati etiam ante diem agere occupent; ni faciant, terminum pro purificato haberi.

§. 74. Cùm ſubdubitatum quoque fuerit, litigantium altero poſt litis conteſtationem, aut concluſionem cauſæ defuncto, quando & pro quanto tunc in procuratorem ceu litis dominum, ſententia proferenda ſit? Illud ut promptè explicetur, ſanximus, ut causâ per concluſionem [a] quaſi transactâ, ſententia in pro-

curatorem [b], tanquam dominum litis pronuncietur; cæteris caſibus citatio ad readſumendum poſtuletur.

a) Idem ſancitum eſſe in Jud. & Adſ. Mem. *anno 1578 collato.* §. 6. Und demnach ſich / docet *Den. rubr. 73. num. 2. Gail. 1. obſ. 109. num. 3.* ubi tamen dicit, hoc caſu in Camerâ Imperiali parte petente heredem defuncti ad audiendam ſententiam citari, quod & § dictus innuebat in executionis articulo. adde *Mynſ. 3. obſ. 45. & ſeqq. 1. obſ. 85.* & ſi poſt publicatam ſententiam demum mors partis in judicio allegetur, ſententiam per interlocutoriam in heredes transferri; Vovet etiam *ibid. num. 7. Gailius*, ut hoc caſu, cùm ante concluſionem in cauſa, pars altera fato fungitur, contra procuratorem, tanquam dominum litis & inſtantiæ, uſque ad concluſionem procederetur, & in eum conceptis verbis ſententia publicaretur. Poſſe enim cavillis & tergiverſationibus multorum heredum occurri. Mihi libet hîc ἐπέχειν.

b) Jure civili aliâs etiam, ſi procurator litem ſit conteſtatus, ſententia in eum fertur, *Mynſ. 6. obſ. 11. Gail. 1. obſ. 111. Hartm. tit. 7. obſ. 1. num. 5.*

§. 75. Sententiis adverſis quoque enunciatum eſt, an §. 105. ſanctionis publicæ anno CIↃ IↃ LXX. rogatæ, ad hunc ipſum caſum etiam porrigatur, cùm utriusque procuratores è vivis exceſſerunt, ita quidem, ut quamvis neutrâ ex parte quiſpiam apud acta exiſtat, ſententia tamen definitiva pronuncietur, reciteturq́; ? Idcirco volens ratumq́ue habemus, ut hîc, cùm nec partis [a] nec procuratoris copia ſit, ne in incommodum malumq́; longius res prorumpat, ſententia differatur [b] protrahaturq́;.

a) De jure communi aliàs ſententia apertis judicii foribus pronuncianda requirit citationem partium, *Gail. 1. obſ. 109. nu. 1.*

b) Sententia enim ferenda eſt partibus verè, vel per interpretationem præſentibus: aliâs uſque adeò nulla eſt, ut etiam pro abſente lata non valeat.

§. 76. Si in procuratorem ob quædam licentiùs acriusq́ue effuſa [a], aut alia in ſcriptis vel productis quæ prætextu non excuſantur, obſervata verba & uberiora probra

probra palàm animadvertatur; poſteà verò principalis quocunque modo intercedat, pœnæq́; deprecator adſiſtat, fruſtrà (cùm & ipſe pœnam mercatur) adlaborabit, neq; procurator reatui eximetur, ſed juſtâ illâ pœnâ culpam eluet, ſerioq́ue, ne inæqualitas ſubſultim emergat, gravi additâ certâq́; pœnâ flagitamus, ut judicii procuratores propriâ ex causâ accuratas accerſitasq́ue mulctas ſibi ipſis imputent, nec quacunq; id arte fiat, à partibus [b] recipiant, repoſcantq́;.

a) Convenit *Ordin.part.1.tit.11.§.5.* Nach dem. *eâd.part.tit.23.§.1.* Es ſol auch. vide *Den.rubr.147.*

b) Convenit *Ordin.part.1. tit.52. §.ult.* Per errorem tamen indictæ deprecantibus remittuntur, deq́ue eâ re aliorum etiam quàm qui multam decreverunt, ſenſum judex explorat, æquitatiq́; ipſi adſiſtit, *Denaiſ.rubr.245.*

§. 77. Quamvis inſuper Ordinatio Cameræ [a], Imperii ſanctiones aliaq́; publica decreta [b] enixiſſimè flagitent, procuratoribusq́; conſtantiùs & certiùs injungant, ut omnes ore ſolutiùs promptiusq́ue efferendos prolixos Receſſus penitiſſimè abdicent, aut cùm res pluribus explicatioribusq́ue verbis indigeat, hoc non alio paratu, quàm ſcripto vel ſchedulâ fiat: Eâ tamen in re hucuſque peccatum eſt, disparitateq́ue pœnarum licentiùs lenocinium verborum cœpit. Quod ut præcociùs faceſſat, decretis publicis auctoritas conſtet, Receſſus utilitate æſtimentur, reiq́ue peſſimæ mos exoleſcat, egregio Tribunalis promimus, ut dictandi Receſſus (ſpretis ſermonis offuciis) ultra tres vel quattuor lineas [c], utcunq; neceſſariis impendantur, non evagentur, & quicquid parcimoniam verborum abnuit, non alio ambitu quàm ſcripto proferatur. Eâ tamen in re neceſſariarum circumſtantiarum adminicula & eventa arbitratui judicis æſtimanda excutiendaq́; relinquētur.

a) *Ordin.part.3.tit.40.in pr.verſ.* Doch ſol hiemit. *part. eád. tit.2.§.5.* Vnd wo alſo. *part.eád.tit.23 §.4.* Vnd ſollen. *part.1. tit.11.§.4.* Als man auch. *eád.part.tit.23.§.4.* Vnd dieweil die. *§.5.* Vnd ob ſie. *eád.tit.40. §.2.* In ſolcher.

b) Decreta illa collegit *Denaiſ.rubr.249.* & alibi diſperſim. rubrica dicta in fin.index erit,& intento digito repetet.

c) Confer *Denaiſ.* allegatâ rubricâ, ubi exorbitantes Receſſus dispungit.

§. 78. Cumq; procuratores dictas ſancitasq; pœnas parvi pendant,& Cameræ Tribunali antehac delegatum ſit,ut illas auctas prodant,ita nempe, ut ex modo frequentiâque iteratâ delicti,in contumaces,& parvi facientes alias pœnas,ultimum etiam, miſſio munerisque [a] abdicatio nullâ impetrabili veniâ, & paratis deprecatoribus, præſumatur ſtatuaturque, ut eò magis procuratorum induſtria præmineat,illiq; qui doli prudentes hoc ſibi præſumtum habent, ut in bonas leges peccent, obſerventur; &, cùm quandoque cauſa ſerò relationi deſtinatur,illud continuò aut planè impune non fiat, ideo in Sabbathinis protocollorum [b] reviſionibus culpa iſta adnotabitur,& peculiari ſententiâ pro roſtris & Tribunali publicâ audientiâ mulcta publicè recitabitur, & à pedello [c] ſemper, ſi legibus quis nocens,citra delicti veniam, exigetur conſignabiturq;.

a) De procuratorum remotione, conſule *Denaiſ.rubr.243.* ubi plures titulos allegat. Loco remotorum quî alii ſublegentur, vide *Denaiſ.rubr.ult.num.9.* Vide etiam hîc in ſynopſi quando pœna miſſionis locum poſcat. 1. Itaque remotionis pœna habet locum, ſi Procuratores & Advocati cauſas pauperum detrectent ſuſcipere. 2. Si in expenſis deſignandis accepta,tertium non profiteantur. adde *Ordin.part.1.tit.46.§.ult. Deput. anno 1557. §.53.* Deßgleichen ſollen. 3. Si quotam litis paciſcantur. 4. Si immorigeri perſeverent, ſi inſanabiles videantur, & velut irritas exhortationes abnuant. *Den.rubr.247.num.3.5.* ſi partes malâ fraude ſibi abalienent, *Den.rubr.58.num.7.*

b) Protocolla judicialia quò magis de prohibitis receſſibus,

Acto-

Actorumq; rectâ completione conſtare poſſit, ſingulis Sabbathinis diebus apud menſam decretorum percurruntur, *Denaiſ. rub. 252. num. 9. & rubr. 249. num. 12. 13.*

c) Quî pedelli pœnas exigant, colligantque, notat *Denaiſ. rubr. 245. num. 4. 6. & rubr. 130. num. 3.*

§. 79. Certo quoque nuncio acceptum eſt, in Receſſibus leves moramque trahentes altercationes viciſſitudine mutuâ immenſoq; auctu in publicum erumpere. Cùm itaque, ut infra dicetur, ea quæ ſcripto agenda ſunt, certum præſcriptumque modum conſtantiùs tuendum habeant, & dictandi Receſſus [a] neceſſitate præſentium aliquo fine contineantur, ſcandalumq; & offenſionem foveat, pro ſummi judicii Tribunali iſtas velut in injuriam recidentes inanesq; contentiones inquietâ cum induſtriâ foveri; Itaque nemini procuratorum facilè, ut Receſſus langiores uberioresq; infrà replicandi modum producat, optio erit.

a) Quo fine contineantur, dixi *ad §. 77. ſuprà lit. a.* Et hîc protegam ducemq; *Denaiſ.* habent.

§. 80. Etſi ordinationis Cameræ, repetitæque aliæ ſanctiones exigant, cùm ſcriptis ampliùs res non agitur, ſed per generalia tantùm concluſio maturanda eſt, ut hoc caſu ſcriptis in vicem dictandarum concluſionum non certetur, quemadmodum aliâs illud ſupervacuum eſt, adverſæq; partis uberiorem temerè actionem, oppugnandi facultatem, petitionemque termini elicit; cùm tamen leges [a] expreſsè ſanciant, ut poſtremo ſcripto nihil novi deducatur, & hujusmodi generalibus concluſionibus aliquid ſpeciatim ex actis prioribus adſpergatur; Illud tamen pari [b] pœnâ non correctum eſt, aut etiam, licet animadverſum ſit, commodùm non ſucceſſit; Quapropter maximè placuit, ut poſthac pœnâ ſolito graviore atque arbitrariâ extraor-

dinariâque [c] illud coërceatur; quod dictum procuratores cavebunt, atq; ſervabunt.

a) Eſt *Ordin.part.3.tit.21.22 23. in princ.* adde *Den.rubr.90. num.11.* Quod tamen antè latuiſſe, & nunc primùm perveniſſe in notitiam jurabitur, adjungetur. Concluſiones autem vivâ voce verbis, iisq; paucis & ſine repetitione priorum perficiuntur.

b) Concluſio in ſcriptis loco vivæ vocis, pœnam habebat etiam arbitrariam, *Denaiſ.rubr.247.num.11. idem rub.93.num.1.* Quibus enim caſibus ordinatione certa pœna non exprimitur, arbitraria inducta cenſetur.

c) Pœnæ iſtæ ſunt, libera cuſtodia, carcer, ſuſpenſio muneris miſſióve vel mutatio ſtationis. *Ordin. part.1.tit.52.§.1.* **Vnd über das.**

§. 81. Cùm verò pœna ordinationis parvi facta ſit, neq; procuratores majori diligentiâ rem egerint, dum productorum gnaviorem collationem, correctionem, partium [a] ſeparationem diſtinctionemque intermittunt, inanesque dilationes ad proximam vel ad ſecundam rogant obteſtanturque. Eapropter in poſtremis viſitationibus anno CIↃ IↃ LXXXVI. CIↃ IↃ LXXXVII. conventis, pœna iſta arbitratu judicis aucta fuit. Quoniam verò illa ipſa neque ſtrictè inrogata, neque præciſè exacta fuit, neque continuò delictum Camera advertit, cumprimis cùm procuratores pro proximâ aut ſecundâ dilatione [b] petitionem planè transmiſerint, tantumq; ulterioribus reſervatis aut per ſilentium, cauſam diſtulerint, quod ſubmiſſioni adfine non fuit, negotiumq; ipſum longiùs, quàm ſi ad proximum tempus rogatum eſſet, protulit. Conſimiliter attendi difficulter potuit, an partes & cauſæ juxta primam nomenclaturam [c] & inſcriptionem adpellatæ ſecretæq; fuerint, quod non minus errores & fruſtrationes in pellegendis conformandisque protocollis [c], tam in Tabulario, quàm apud Lectores, fatali cauſarum impedi-

impedimento, extulit. Itaque denuò publicorum iſtorum decretorum ſancita procuratoribus commendantur, ulteriusq; disponetur, curabiturque, ut fruſtratoriæ aliæque prohibitæ actiones, per referentes aut inſpectionem protocollorum adnotentur deteganturq;, prohibeaturq; ulteriorum ſolùm reſervatio, & nullius temporis rogatio, &, petita proxima vel ſecunda infectâ re non transmittatur; Cauſę verò ex primâ nomenclaturâ, prælato ſemper potioris impetrantisq; nomine & relliquis brevi appendice denotatis, nuncupentur indigetentúrve, ſingulaq; exactè probeq; teneantur.

a) Producta lecta, caſtigataque & correcta, pœnâ arbitrariâ, edenda ſunt, *Den. rubr. 250. num. 12. idem rubr. 62. num. 12.*

b) In commiſſariis nominandis, receſſibusq; aliis capita diligenter ſecernenda ſunt, *Den. rubr. 249. num. 14.*

c) Dilationibus propriâ negligentiâ transmiſſis, pœna præſumitur, *Den. rubr. 245. num. 7.*

d) Quî inſcriptio & nomenclatura peragenda ſit, vide *Ordin. part. 1. tit. 22. §. 3.* Item/welcher. *Ordin. part. 3. tit. 12. §. 5.* Und wo alſo. & *Den. rubr. 318. num. 4. ex Receſſ. anno 1566. §. 103.* Hinfüran ſollen. Appellati omnes in ſpecie, ſub pœnâ arbitrariâ exprimuntur. Inſcriptione vitiosè uſurpatâ, quæ pœna, tradit *Denaiſ. rubr. 245. num. 7. rubr. 233. num. 23.* Partium autem aliaq; nomina, citra epitheta, tituloſq; dignitatum, ſimpliciter, ut in primâ quavis judicis interlocutione factum, efferenda ſunt, *Den. ibid.* Prolaturus plura & diverſa documenta, deſignata ſcripto illa exhibebit, *Den. 249. num. 6.*

e) De protocollis judicialibus, multa adcumulat *Denaiſ. rub. 252.* quem videbis.

§. 82. Quoniam in Ordinationis ſanctione præfixus certusque productorum numerus [a] in quâcunque causâ, & quocunque articulo, pluribus exceditur, cùm delictum non tam promtè adverti potuerit, quòd in ſcriptorum deſignationibus varia nomina titulique clàm palamq; ex ingenio cujusque obrepſerint, exem-

pli cauſâ, *allegatio* [b], *contraria allegatio, confutatio, contraria confutatio, defenſio, retorſio, contraria actio, contraria concluſio, poſterior concluſio*, & plures hujus generis inſcriptiones, ex quibus colligi intelligiq́; non potuit, an hæc ſcripta, finitum ordinatione numerum protulerint, & an nomen exceptionum, Replicationum, Duplicationum, Triplicationum aut Quadruplicationum, &c. ſuſtineant; Ne itaque crebriori licentiâ confuſio conſequatur, & ut tam adverſæ partis procurator, quàm judex confeſtim præſcire poſſit, an numerus redundet & exorbitet, procuratores obſtringentur tenebunturq́;, quamvis nomen ab Advocatis adſperſum productis indigetatumque, non facilè tollere queant, genuinis germanisq́; vocabulis expreſsè nomenclaturam deſignare, ſcriptaq́; non alio, quàm quo apparent, ut exceptionum, replicarum, duplicarum cultu &c. efferre; aut an unius alteriúsve loco ſcriptum offeratur, à numero primum, ſecundum, tertiúmne eo cauſæ articulo proferendum ſit, ne quà dubium ſubſit, indigetare.

a) Quem exige, indice *Denaiſ. rubr. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. & ſeq. & ipſo Ordination. volumine, part. 3. tit. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. & ſeq.*

b) Nomina Germanica ſunt σημαντικῶς; Anzeig/ Gegenanzeig/ Ableinung/ Gegenableinung/ Verantwortung/ Hindertreibung/ Gegenhandlung/ Gegenbeſchluß/ endlich Beſchluß.

§. 83. Ordinationis Cameræ part. 3. tit. 35. [a] caveatur, ut ad ſupplicationes [b] pro novis proceſſibus [c] judicialiter non amplius quàm ad proximam agere liceat; cùm verò ab iſto præcepto aliquatenus diſceſſio facta, & temporis longioris interjectus conceſſus ſit, Adſeſſorumq́; judicii egregia conſilia & deliberatiſſima vota non in unum conceſſerint, majori informationis bono ſta-

no ſtatutum conſtitutumque eſt, ut judicis arbitrium hîc evaleat, ita tamen, ut plus alterum tertiúmve menſem, tempus non annuatur, nec cognitio uberior ulteriorque, quàm ſi judicis informatio extrajudicialiter interceſſiſſet, adhibeatur. Arbitratu tamen judicis agetur, cùm longo itineris intervallo partes abſunt, & majus tempus exigitur; Præſidesq; juxta & Adſeſſores inclyti judicii, cùm proceſſus evulgantur decernunturq;, Ordinum rogata impetrataq; privilegia, (in veſtibulo harum publicarum ſanctionum indigetatum eſt,) ut tueantur & advertant, unà moneutur.

a) Eſt §. So in angehender Rechtfertigung.

b) Supplicationes quî ſubſcribantur, cognoſce *Ordin. part. 3. tit. 12. §. 1.* Vnd erſtlich *in fin.* ubi pleniùs etiam exhibitio ſupplicationum pertractatur, *part. 1. tit. 22. §. 6.* Jtem/ ſo ſol. *Den. rubr. 250. num. 8.* eundem vide aliâs rubr. de ſupplicationum distributione, & *rubr.* de ſupplicationum expeditione.

c) Proceſſibus negatis ſi denuò ſupplicetur & ſtilus contrarius vel ſimiliter decreti proceſſus allegentur, quid faciundum ſit, docet *§. 79.* Als dann auch. *Receſſ. anno 1570.* Etiamſi judex appellationis vel immediatus recipere appellationem ad partis appellantis petitionem, & proceſſus decernere adverſus appellatum recuſet, & appellatus deinde ab hujusmodi denegatione provocet, proceſſus denegantur; veruntamen ſi in defectum juſtitiæ proceſſus à Camerâ petantur, decernuntur in vim mandati ſuper adminiſtrandâ juſtitiâ, *Mynſ. 3. obſ. 55.* Illud hîc memorabile: In Camerâ, non ſolùm in cauſis appellationum, ſi executiones & reproductiones citationum in tempore fieri probabiliter poſſint, ſed etiam in ſimplicis querelæ, judicem proceſſus decernere hoc pacto: iſt citatio, doch periculo partis, erkent. Quod maximè fit, ſi pars periculum in ſe recipiat. Denegatorum proceſſuum querelæ quî ad viſitatores deferantur, decîdit idem *Receſſ. §. 80.* Da auch in diſen. Quid ſupplicationibus in cauſis dubiis, majoríſve momenti expeditis, à Protonotariis vel notariis perſcribendum ſit? exegit *§. 100.* Wann auch hinfürter. *Receſſ. anno 1566.* Proceſſibus ob vitium ſupplicationis ſanabile, denegatis, cauſa errorq; decretis aliquo modo innuitur,

clauſulæq; ſolitæ, Auf vorbrachte narrata, vel, wie gebetten abgeſchlagen / aliæve conſimiles adjiciuntur. Ita indigetat §. 81. Vnd auch ſonderen. *Receſſ. anno 1570.*

§. 84. Cùm pro Tribunali ſupplices preces porriguntur pro commiſſione ad perpetuam rei memoriam, viſitatione anno CIƆ IƆ LXXXV. properatâ. §. 13.[a] commodùm viſum eſt, quia in morâ periculum ſubeſt, ut ex adverſo procuratori roganti non amplius quatuordecim dies vel ut longiſſimè, alterum tantum decernantur; quod verò ſæpiùs culpâ neglectum & incertis ſtudiis tranſmiſſum fuit, ideoq; majora vota obtinuerint, ex adverſo diverſoq; cauſarum fato uſuque, certi fixiq; aliquid, quod omnes ſequantur, præſtitui non poſſe. Ne itaque res devergat, & ad priorem antiquitusque receptum ſtilum recidat, procuratores hac monitione curabunt operamq; dabunt, pœnâ graviore ſancitâ, ut illis ſtudeant, nec longioris temporis receptum diverticulumque invicem concedant, aut capiant [b], & inutili cunctatione, agendi tempora conſumant. Judici tamen, pro rei commodo vertente ferenteque circumſtantiarum occaſione, & locorum intercapedine, aliud ſtatuendi arbitrium non præripietur, ſed integrum erit.

a) *Eſt* §. Doch dagegen.

b) Huc confer *Receſſ. anno 1570.* §. 87. Welcher maſſen. *Receſſ. anno 1576.* §. 54. Setzen vnd ordnen. *Receſſ. anno 1594.* §. 58. *verſ.* Nemlich der geſtalt.

§. 85. Licet etiam prorogationes prorogationum non niſi probatis adſertisque juſtis cauſis, rogare liceat, ita, ut quamvis poſteà poſt termini curſum de impedimento certò appareat, illud tamen non advertatur nec attendatur, cumque adverſarius per lapſum termini jus quæſitum habeat, præjudiciumque obtendat, quod ita

properè

properè & præpoſterè causâ non pleniùs cognitâ ipſi præripi adimique non poſſit; Nihilominus tamen experientia conteſtatum facit, hactenus iſtis Receſſibus fruſtrà prolatis tempus impenſum, prorogationisque [a] momentum ſine probatione impedimenti [b] aliquando hoc obtentu prætextuq; ſolùm (cum nuncium in dies quis opperiatur) poſtulatum fuiſſe, quod cauſam in ſe non continet, cùm ex eo non poſſit conſtare de diligentiâ partis principalis. Itaq; arbitrariâ pœnâ diſertè vanis ſpretisq; iſtis Receſſibus nuncium remittimus.

a) *Receſſ. anno 1594. §. 59.* **Solten ſich.** *in fin. & §. 60.* **Vnd demnach.** flagitat, prorogationes prorogationum citra judicis cognitionem non eſſe concedendas, adeoque niſi probatis juſtis cauſis nec has, nec harum loco novos terminos ſub pœnâ arbitrariâ petendos. Super termino aliâs non his verbis: **leſt man es bey bewilligter zeit bleiben**; ſed ita: **Iſt N. zeit zugelaſſen** vitandæ causâ ambiguitatis pronunciatur, *Denaiſ. rub. 282. num. 9.* Terminorum aliâs dies ultima, cætera utilis, quoad prorogationes continua cenſetur, *Den. 304. num. 4.*

b) Nam terminus legalis nunquam eſt peremptorius, ſi probetur legitimum impedimentum, *Mynſ. 5. obſ. 9. num. 4. Hartm. tit. 54. obſ. 11. num. 8.* Dilationis etiam tempus propter impedimentum judicis in omni articulo debet ſuppleri, & hæc ſuppletio non dicitur nova dilatio, *Mynſ. 1. obſ. 71. num. 1. Hartm. tit. de dilat. obſerv. 3.*

§. 86. Cùm hodie etiam omnes termini præjudiciales [a] putentur, quibus lapſis jus parti quæſitum, quo ſtante & imminente, ulteriùs quaſi re integrâ procedi, & alîus temporis novi mora poſtulari nequit, omnesq; adeò hoc fine ſuſcepti receſſus, quibus hucuſque longi temporis intervalla poſt curſum lapſumq; termini, pro novâ dilatione flagitata ſunt, inriti ſint; quęcunq; enim cauſæ ſubſint, doceanturque, ipſæ tamen, citra luculentum medium beneficiumq; reſtitutionis causâ percognitâ & auditis partibus, in partium favorem non re-

cipiantur expendanturque; Itaque, ut de temporis ratione conſtet, & ſubmiſſionum fruſtratoriarum genus aboleatur, Receſſus [b], iſtos procuratores mittent; quod ipſum bonâ fide præſtabunt, ἄνευ παρολκῆς καὶ ὑπερθέσεως.

a) Terminus præjudicialis cur tamdiu dilatus ſit, & finalis uſu viguerit, rationes redduntur *in Receſſ.* (quem vocant) *anno 1594. §. 61.* **Wiewol wir nun ſolche.** *& §. 62.* **Zu dem/daß geklagt wird/ ꝛc.** Introducitur tamen, bono egregioq; cauſarum & ſententiarum *§. ſequente 63.* **Aus diſen hochbewegenden vrſachen.**

b) Termino præjudiciali lapſo, procuratoribus primo ſuo ordine, ante alias omnes cauſas agere integrum eſt, *Denaiſ. rubr. 305. num. 1.*

§. 87. Cumque reſtitutiones contra lapſum fatalium [a], aut alius termini præjudicialis, interdum antehac, lapſis elapſisq; jam aliquot annis aut menſibus flagitatæ, cognitioni remiſſæ, dispariq; ratione pertractatæ ſint, præmiſsâ conſilii copiâ in hanc ſententiæ partem abivimus, & ediximus, ut ad petitionem inſtituendam tempus quantum re integrâ [b] competierit, neu majus proliviusq; ulli impertiatur [c].

a) Fatalia appellationum tria ſunt, Interponendæ, introducendæ & proſequendæ appellationis. Priora duo ſunt continua, & de momento in momentum numerantur. Idem eſt in fatali à judice à quo, ad introducendam appellationem præſcripto. Sunt enim fatalia utraq; legis & hominis ejusdem effectus; niſi quod legis, à judice à quo minui, non autem prorogari poſſint. Hominis verò fatalia ab ipſo judice à quo intra terminum à ſe conceſſum, hoc eſt, ut prorogatio non extendatur ultra terminum legis, rectè prorogentur. *Receſſ. anno 1594.* §. **Als ſich auch.** *& ſeq. Mynſ. 6. obſ. 12. num. 2. 3. 4. Gail. 1. obſ. 140. num. 2. 3.* Judex tamen appellationis prorogare terminum valet. *Ordin. part. 2. tit. 30.* §. **Und im fall.** Quomodo autem & quando procuratores ejus prorogationem in Camerâ petere poſſint, vide *§. 95.* **Als ſich auch/** *& ſeq. item* §. 97. **Wann auch befunden.** *Receſſ. anno 1594.* Fatalibus nuncii culpâ aut caſu effluxis quid agendum, quidve obtineat,

obtineat, recitat *Den.rubr.34.num.6.7.* Quid ſi terminus juris ſive ordinationis (ſex nimirum illi ſolemnes menſes, qui præſtituuntur introductioni. *Receſſ.anno 1594.§.94.* **Als ſich auch.** *Mynſ.1.obſ.31.5.obſ.57.3.obſ.15.n.11. Ordin.part.2.tit.30.§.1.verb.* **anzubringen/ anhengig zu machen.** Appellatio tamen à delegatis ordinatione in ſpoliorum cauſis, trimeſtri in Camerâ introducitur, *Den.rub.33.num.6.*) in ferias incidat, & fatalia exſpirent, an reproductio appellanti ſalva erit? utiq; *Receſſ. anno 1570.§.82.* **Ob wol auch.** *Gail. d.obſ. num.4.5.* & fatali bus inferiis deſituris tunc præſtituitur dies ad comparendum prima poſt ferias juridica purè, *Den.303. num.6.* Poſſunt etiam fatalia introducendæ appellationis compromiſſo, vel expreſſo partium conſenſu prorogari, *Gail.ibid.num.8.* an tamen pendente compromiſſo, alterutra pars apud judicem appellationis ulterius proſequi cauſam poſſit, docet *idem obſ.ſeq. num.2. Wurmſ.tit.24. obſ.2. Mynſ.2. obſ.68. 3.obſ.94.* ubi inſtantiæ prorogationem in cauſis appellationum permittit. Non verò decendium ad interponendam appellationem à gravamine momẽtaneo & non ſucceſſivo conceſſum, *Gail.1.obſ.139.nu.6. Mynſ.d.loco.idem 2.obſ.68.Mynſ.3.obſ.11.* ubi innuit, decendium & formalia appellationis tam ſtrictè eſſe obſervitanda, ut etſi poſt decimum diem ſit appellatum, nec de hoc oppoſitum, & ſententia feratur, illa non valeat, ſed fiat nulla. Quid tamen factitandum, ſi non datur uſus facultasq; adeundi judicem alterutrum? Conſulit Bartol. JCtus princeps, ut pars appellare volens proteſtetur, & appellet coram notario; idque uſus obſervat, *Mynſ.2.obſ.2.* Interponi etiam appellatio poteſt coram judice ad quem *Guid.Pap.deciſ.436.num.64. Maſcard. concl.116. & 753.* An introducendæ appellationis tempora currant, ſi partes, in tractatu concordiæ, ut appellant, ſtent? vide *Gail.1.obſ.140. num.9.* an proſequendæ, ſi quis agat ſuper attentatis, *Wurmſ.tit. 24.obſ.19.num.1.Gabriel.concl.4.lib.2.tit.de arb.num.7.9.* Et appell. *μονομερῶς* appellationem proſequente? *l.ult. §.illud. C. de temp.& rep.appell.* ubi *Cujac.in parat. & lib.4.obſ.c.31.* An pendente causâ nullitatis, currant fatalia ſuper principali negotio, vide etiam *Gabriel.d.l.num.4.* Cæterùm fatalia in Camerâ proſequendæ appellationis non pereunt proceſſibus juſto tempore reproductis, *Mynſ.2.obſ.48. Gail.1.obſ.141. num.6.7. & lib.1.de P. P. cap.9. num.15.* etiamſi de negligentiâ appellantis appareat. Contrà doctrinam *auth.ſi lit.C.de temp.appell. Harim.tit.19.obſ. 2.n.4.* Finitâ enim primâ inſtantiâ curſu triennii de jure com-

muni, ſalvum adhuc manet jus agendi de integro, ſolùm acta pereunt,ſalvo jure partis. At finitâ causâ appellationis,totum jus appellantis corruit,& intercidit & ſententia deſtinatur executioni urgetq́; præjudicium irrecuperabile. Hinc,tempus appellandi vel proſequendi appellationem, poteſt per conſuetudinem vel ſtatutum etiam prorogari, *Jaſon in l.præſcriptione. C.ſi contra jus vel util.* Adhibe *Cacher.deciſ.28.* Fatalibus tamen non ſervatis coram judice inferiori à quo, appellatio pro deſerta habetur, *Myrſ.6.obſ.12.num.6. Gail.1.obſ.141. num.8.* Et ideo pro cautelâ à ſummis JCtis *Mynſ.Gail.* & relliquis quos adlegant *dict.loc.* traditur,ut procuratores coram judicibus non ſemel,ſed pluries de ſuâ diligentiâ,& fatalibus non lapſis,vel labendis, proteſtentur; cùm & *Bald.in Authent.ſi appellatione.num.2.C.de temp.app.* adſtruat, etiam poſt concluſionem cauſæ, fatalia currere. Utile quoque eſt, ſi judex in morâ ſit,ut hoc caſu, frequens diligentiæ profeſſio & obteſtatio de non lapſis,neque labentibus fatalibus fiat. Etſi autem pauperi currat decendium, ut in Cameræ Tribunali judicatum eſt,*Gail.1.obſ.142.num.3.*(qui tamen diſtinguit, an paupertas coram judice à quo allegata & probata ſit,an verò quis demum coram judice appellationis eam profiteatur, & non doceat. quo poſtremo caſu ſententia trànsibit in rem judicatam. Vide etiam *Guid. deciſ.436.num.22.*) tamen, quoad fatalia introducendæ,vel proſequendæ appellationis,ſola paupertatis ſignificatio aut allegatio ſufficit, ad impediendum curſum fatalium quæ poſteà opportunè probabitur,vide *Mynſ. 4.obſ.97.*

b) Particulariter itaque impeditus non habet integtum annum,ſed tantùm temporis, in quantum fuit læſus & non plus. Reſtitutio enim tantum reſtaurat, quantum abſtulit læſio, *Wurmſ.tit.25.obſ.4.num.7. Gail.1.obſ.114.num.2.& 2.lib.de P.P. cap.15.num.4.* Et quandocunq; præcipitur aliquid fieri infra certum tempus, ſi is, cui injungitur, impediatur in parte,vel in totum, debet ſtatim ceſſante impedimento, quàm citò poteſt commodè, quod incumbit,adimplere. quia impedimentum non liberat ab onere injuncto, ſed executionem termini ſuſpendit,& ultrà diffundit,*Hartm.tit.19.obſ.14.num.5.* Quando verò appellanti detur ſecundus annus,tractat pluribus obſ.eâdem integrâ. Si impedimentum unius diei in primo anno abſorbet effectum illius diei,ſcilicet quò minus infra annum poſſit appellans ſententiam petere,datur annus ſecundus. Non ſufficit verò impedimenti

menti allegatio, & probatio, niſi & probetur extrema diligentia, *Gail.1.obſ.143.num.3.* & hoc impedimentum etiam juramento appellantis probatur, *Gail.ibid.num.4.Hartm.tit.12.obſ.4.nu.15. Mynſ.3.obſ.92.* Appellans autem ſe impeditum fuiſſe, probare debet ante litis conteſtationem in causâ appellationis. *Speculator tit.de appell. §. nunc breviter*, verſ. hoc etiam nota. *Receſſus anno 1594. §. 97.* **Wann auch befunden.** ibi enim ſtatuitur, ut in hoc prorogationum articulo probatio ſtatim ſuccedat, & audito adverſario ſubmittatur ante litis conteſtationem, ne appellatio deſerta fiat. Et hîc cùm ſummariè cognoſcitur, litis conteſtatione necquicquam opus eſt; ſed lis planiſſimè decurrit, nec in causâ principali pendente causâ reſtitutionis articuli ad probandum admittuntur; Secus eſt in petitâ commiſſione ad perpetuam rei memoriam, quæ in causâ principali ad preces decernitur, *Gail. ibid.num.4.* De reſtitutione adverſus lapſum fatalium, ſi tertius impedimento ſit, vide pleniùs *Mynſ.5.obſ.98.* Illud juris cognitiſſimi eſt. Fatalia proſequendæ appellationis judicem provocatum, ob juſtam cauſam reſtituere. Fatalia verò interponendæ judicem à quo, *Gail.1.obſ.143.num.1.*

c) Solet autem ita decerni, **ſeind die** fatalia, **auß fürgebrachten vrſachen auf N. monat hiemit erſtreckt.** *Mynſ.3.obſ.54.*

§. 88. Non ratum aut comprobatum, ſed arduum fuit, an proclamati continuò primo termino petendo, vel intra ſex juridicas obtinendo locus ſit, cùm illis nondum lapſis aut protractis terminus aliâs (ſi effectum metiaris) purè non circumducatur, aut in contumaciam evaleat. Etſi verò Cameræ Imperialis Ordinatio ſanctioq; [a] hîc clarè deſignet prodatque, cùm utrimq; nemo compareat, aut aliquid efflagitat, termini interjectum primùm poſt lapſas productasq; ſex [b] juridicas pro circumducto exoletoq; habendum; ſexque iſtæ juridicæ non proclamati decernendo, ſed eo decreto ulteriori proceſſui in contumaciam ſingulariè præſcriptæ intelligantur; conſilium tamen nobis eſt illud pleniùs atque adeò uberiùs, ne diſceptationibus involvatur, perſcribere & promere.

a) Vide confertim *Denaiſ.noſtrum rubr.102.num.1.*

b) Poſtquam ex *Receſſ. anno 1570.* audientiæ, quæ antè altei nis diebus habebantur, nunc in dies habentur, poſt ſex audientias actore non comparente terminus circumducitur, perinde ut hodie poſt ſextam audientiam à proclamante proceditur in contumaciam.ita not. *in viſit.*Bedencken vnd Abſcheid. *anno 1578.* Hæc & faciunt pro conciliatione obſervat. *Mynſ.4.obſ.33. cum 5.obſ.87.*

§. 89. Proclamate decreto, ſententiâq; pronunciatâ, & procuratoribus in continenti ad cauſam aditum ſibi ſtruentibus antequam [a] pedellus proclama recitet, cui incumbit, ut priùs nomina profeſſorum contumaciam ex formulâ decreti adnotet, ſæpiùs accidit atque evenit, procuratorem ut primâ rogatione [b] ad ſententiam agere liceat, procuratorio aut cautione non immunem præſtò fuiſſe; ideoque cùm pedellus proclama nondum recitaverit, ſpe elatâ præſumſiſſe, non ſe teneri contumaciam purgare atque eluere. Iſta verò comparitio cùm tardiùs & re non amplius integrâ illibatâq; fiat, & primo termino imò ante ſententiam impunè culpæ venia dari potuiſſet, quâ ſemel deſignatâ, & ipſiſſimâ contumaciâ jam declaratâ, citatus cogatur eo ſtatu quo repererit cauſam proſequi; & reſumere; iſtatumq; ſententiarum robur nec infringatur, nec imminuatur, nec proſtituatur; quandoquidem ob curatam abſentiam judicium labores exhauſit, quos ipſos propriè, non pedelli induſtriam contumaciæ purgatio penſat; eò calculos ſuffragii contulimus, ut ſubmiſſio hoc nomine facta impune non ſit, & procuratoribus citrà contumaciæ purgationem [c], incisâ exceptionum ambage ambiguitateque, ad ipſam cauſam via præcludatur.

a) Quomodo pedellus loco ſolito proclamata exequatur, cognoſce *§.ult.Ordin.part.1.tit.34.* Nulliter citatus cùm comparere non teneatur, etiam petitum proclama ſuper factâ executione

tione denegatur; & in Camerâ pronunciatur; Iſt das gebetten rüſſen/auf fürbrachte execution/abgeſchlagen. *Gail.1.obſ.58.n.6. Receſſ. anno 1570. §. 64.* Es ſol auch. duos pedellos dehinc adſcivit.

b). Rogationes audientiarum quæ ſint, fuerintve, notat *Ordin.part.3.tit.5.in princ.* & de rogatione ad ſententias tractat *Ord. eod.tit.6.* Aliquando excuſationum rogatio obtinuit, ceſſavit, & viciſſitudo accuſationum contumaciæ & præfixarum ſucceſſit, tametſi toto jam ordine contumaciarum tardo admodum, & poſt invectum terminum præjudicialem tantùm non obſoleto, *Den.rubr.272.num.5.6.* quem leviter *rubr.103.* de contumaciæ accuſatione, & *rubr.105.* de ejusdem excuſatione vide, quæ luculenter apparet, cùm accuſati procuratores in continenti loco excuſationis quæ ipſis incumbunt, agenda, gemina proferunt, ejusque copiam adverſario faciunt.

c) Contumax quomodo admittatur refuſis damnis & expenſis, lege *Ordin.part.3.tit.40.& tit.41.in princ.* Ut quis autem contumax dicatur, requiritur trina citatio, vel una pro tribus. Aliquando quarta conceditur ad convincendam malitiam abſentis, *Mynſ.6.obſ.9. Gail.1.obſ.132.num.6. Gail.1.obſer.51.num.22. Wurmſ. tit.6. obſ.6. & obſ 2.* Si ex ſtatuto (quod fieri poteſt, *Daumh.in pract. crim. cap.28.*) contumax pro confeſſo habetur, eo caſu citatus non comparens, dicitur contumax, etiam non accuſatâ ejus contumaciâ, *Bart.in l.abſentem.D.de pœnis.* Ex verâ etiam & expreſsâ contumaciâ oritur duplex exceptio, declinatoria & peremptoria: *Gail.1.obſ.132.n.8.* Et contumax non agendo, non appellat, *Gail.ib.nu.7. Hart.tit.19.obſ.20. Wurmſ.tit.7.obſ.4.* Contumacia procuratoris quomodo noceat, adnotant *Idem n.5. ibid. Gail.1.obſ.89.num.3.*

§. 90. Proceſſibus reproductis & citato [a] ſe non ſiſtente [b], interdum cœpto deſiſtitur, & dilato ad plures menſes vel annos tempore aliquando ex intervallo quaſi proclama adverſus contumacem exquiritur, proceſſusq; in contumaciam diriguntur; Itaque expenſis pro publicâ causâ conſiliis, ambigunt, quid impoſterum hîc tenendum ſequendúmve ſit; facilem tamen adſenſum omnes dederunt, noſtro Ordinumq; una-

nimi voto ſtatuendum arbitrandum, an pro ingenio cunctatio proferenda, an verò certus rei terminus modusq; figendus ſit. Ergo promti in publica commoda, ut exemplum judex qui addicitur habeat, nec quicquam *Ampliandum* cenſeat, multo cum fructu cenſuimus, reſtrictimque cogitatum & omnibus rationibus, prodimus, illud ex ingenio longiùs non differendum, ſed rei ſummam præfigendam eſſe; & Ordinat. Camer. part.3.tit.12.& 43. hoc modo bonoq; explicamus, conſulimusq;, teneri actorem ipſo citationis termino, cùm illa ipſa ritè curata pro Tribunali producitur, proclama contra vocatum in jus qui copiam ſui non facit, ſemel ſimulq; poſtulare, atque ex Conſulto ordinationis intra proximum, aut ſex menſium ſpacium contumaciam accuſare, vel juſtas cauſas cur ita non fiat, (ſpes occultas nemo aucto verſabit animo) periculo abſolutionis à citatione allegare & docere.

a) Cum lucem huic §. & plerisq; aliis ſeqq. adferant præceptiones aliquot de *Citatione*, eas adcumulabimus hîc εὐκαίρως καὶ ἀτάκτως; non ignari alioqui quàm difficile ſit poſt Roſcium in orcheſtrâ placere, & vanum ἡλίου καιομένου λύχνον ἅπτειν. Faciemus tamen, & Vulcanum in cornu (ſoccum agnoſcis) prælucebimus, acerrimamque facem præferemus. Prima ſit. Citatio non poteſt omitti, *Gail.1.obſ.48.num.2. Mynſ.6.obſ.6.num.2. & 2.obſ.91.in princ.* Wurmſ.*tit.6. obſ.10. Hartm. Hartm. tit.15. de teſtibus.obſ.6.num.2. & idem Hartm.tit.3. de citat. obſ.2.* Quod ita intelligendum eſt, niſi Princeps poſſet procedere, vel aliquid decernere, parte ignorante vel invitâ, *Caſtrenſ.conſil.34. libr.2.* Sic ſi quem negotium concernat minus principaliter, & is non ſit citatus, actus valet adverſus principalem, *l.1.§.pen. D. de vent. inſp.* & in exemplo fidejuſſoris adparet, qui non poteſt citari, & tamen ſententia fertur in principalem. Fallit etiam axioma ſuperius, ſi ſententia non die citationis, ſed proximè ſequenti pronuncietur; quia etſi ad eum diem quis non ſit vocatus, tamen ſententia valet. Et in Conſiſtoriis Germaniæ provincialibus conſuetum eſt, ut ſi non poſſit ferri ſententia in termino citationis, deinde

deinde altera, vel etiam tertia die actus conſiſtat, nec ob omiſſam citationem invalidetur, *Mynſ. dictâ obſ. 6. cent. 6. num. 12.* Facit, quod Vant. in Nullitatibus, ediſſerit, citationem ex ſtilo in multis locis factâ concluſione in causâ omitti quoad ſententiam audiendam, & poſſe per viam reſcripti ſuppleri. Judex quoq; partibus etiam non vocatis, emendare, reponere, & ſarcire verba ſententiæ poteſt, dummodo tenor ſententiæ non mutetur, *Accurſ. in l. actorum in ſecundâ lecturâ. ff. de re judicatâ.* Relliquos caſus ſubjicit *Anton. Micell. in tractatu de concord. gloſſ. juris Civil. & Canon. concord. 52.* Vide etiam obiter *Hartm. tit. 3. obſ. 2.* & ampliſſimè hæc talia diſſerentem *Anton. Gabriel. lib. 2. tit. de citat. concl. 1.* Citatio ipſa quo ordine fiat, explicat *Wurmſ. tit. 6. obſ. 7.* & quando peremptoria requiratur, *idem d. loco. obſ. 1.* quîve fiat, *obſ. 2.* Notat *Hartm. ex Baldo tit. 3. obſ. 1.* quòd in ſummariis judiciis clauſula comminatoria *alioquin quantum de jure poterimus*, &c. habeat vim peremptoriæ citationis. & ex Abbate in c. quoniam, de offic. delegati, quòd ipſa requiſitio immediatè facta per judicem, habeat vim trinæ citationis. Præventus citatione, quando quis dicatur, congeſſit *Wurmſ. tit. d. obſ. 13.* & *Zaſius* Germanorum conſultiſſimus *in l. contra pupillum. nu. 12. & ſeq. D. de re judic.* Si magiſtratus ſuperior non poſſet adiri immediatè, niſi viâ appellationis, & quis ab eo citaretur in eundem diem, qui ab inferiori ad comparendum præſcriptus eſſet, tunc coram judice inferiore ſe ſiſtere debet non majore, *Mynſ. 6. obſ. 8. num. 3.* Si quis in eundem diem vocetur ab utriſque pari jurisdictione præpollentibus, alteri præ alteri gratificari poteſt. Ceſſat tamen ſi altera cauſa ſit gravior, vel non poſſit moram pati, aut periculum ſit in mora, vel actio tempore eſſet peritura; cujuſmodi ſunt cauſæ injuriarum, quæ finiuntur anno: cauſæ redhibitoriæ, vel quanti minoris, quæ ſemeſtri; quod notatu dignum eſſe Zaſ. refert.

2. Nomen judicis citatio præferet; & practica comparendi coram judice incompetenti eſt, ut dicat procurator, Compareo nomine talis citati, cum poteſtatione tamen de non conſentiendo in jurisdictionem, niſi quatenus & in quantum de jure adſtrictus, *Gail. 1. obſ. 48. num. 24.* Citatus enim à non ſuo judice ſaltem venire, & allegare ſuum privilegium debet, *Wurmſ. d. tit. obſ. 3.* Sic omnes Imperii civitates, item Comites, & multi nobiles habent privilegia, ne compareant coram provinciali judicio: ſed iſta non ſunt manifeſta & notoria, debent ergo allegari, idq; ob-

H

tinere notiſſimâ conſuetudine Germaniæ, teſtatur & profitetur *Mynſ. noſter 6. obſ. 7. num. 7.*

3. Nomen cognomentumq; citandi citatio teſtabitur. Hinc eſt quòd in Camerâ Imp. nunquam decernantur citationes contra N. & N. heredes Titii defuncti, & ſi libellus eo modo conceptus ſit, decernitur hoc pacto; **Wo fern Supplicant die namen der Erben beybringen wird/ſol geſchehen was recht iſt.** *Gail. 1. obſ. 49. num. 6.* adhibe *Receſſ. anno 1506. §. 102.* **Da dann ein.** *Dem rubr. 227. num. 7.* Fallit tamen hoc ſingulariter, ſi communitas, collegium, vel civitas citari debeat, *Gail. ibid. nu. 7. Oldr. conſ. 100. Mynſ. 5. obſ. 50. Ipſa Ordinatio part. 1. tit 38.* **Wie und welcher geſtalt/ꝛc.** Certam formulam præſcripſit exequendi contra communitatem, contra Ordines Imperii, contra privatos; cui ſubſerviunt quæ à Gailio de jure communi *d. l. & Mynſ. 5. obſerv. 51.* disputantur. In causâ appellationis certè abſente citando, executio citationis ejus procuratori fieri poteſt, *Specul. de citat. §. ſequitur. Mynſ. 1. obſ. 9.* An ſufficiat citatio mariti in uxorem executa, tradit *Mynſ. 3. obſ. 37.* an procurator qui litem conteſtatus citandus ſit? *Mynſ. 2. obſ. 39.*

4. Nomen etiam citantis: quia ſi citatio non facta ſit ad inſtantiam partis, nō valebit, *Gail. 1. obſ. 50. n. 5.* 5. In citatione exprimenda eſt cauſa, *Mynſ. 5. obſ. 185. Vant. tit. 12. n. 50.* Imò in Camerâ in cauſis purgationum ratione fractæ pacis, ex *Ord. part. 2. tit. 10. §. 1.* requiritur, ut articuli ſuſpicionum citationi inſerantur. Providiùs etiam facit, qui libellum una cum citatione transmittit, vel illum citationi inſeri curat, cùm induciæ deliberatoriæ valeant, *Gail. 1. obſ. 51. num. 2.* & id in pleriſque conſiſtoriis provincialibus Germaniæ fieri adſoleat, ut litis pendentia inducatur, & nihil innovetur, *Mynſ. d. loc. num. 10.* Certùm autem ad cauſam citatus, an teneatur reſpondere in aliâ causâ? disquirunt *Gail. 1. obſ. 51. num. 7. 8. Mynſ. 6. obſ. 6. num. 9.* qui diſtinctione rem ediſſerit, an cauſa adfinis & conjuncta, an verò planè alia atque alia ſit. quo poſtremo caſu, non tenetur, ex uſu Conſiſtoriorum & Tribunalium, reſpondere. Sed ſi altera partium in judicio peteret vertente lite publicari teſtes, vel jurari de calumnia, præſens obnoxius eſt etiam non citatus procedere ad iſtos actus. adde *Wurmſ. tit. 6. obſ. 14.* qui refert, quòd non citati vulgato idiomate dicere conſueverint, **Ich bin nicht darumb vertagt/darumb bin ich darauff zu antworten nicht ſchuldig: wann ich aber darumb vertagt were/wil ich gebürliche antwort geben.** In Camerâ non

eget

Digitized by Google

eget res indagine, cùm citatio fiat regulariter ad totam cauſam, licet in quibusdam cauſis juxta Ordin. plures citationes requirantur, ut in cauſis purgationum & materia, *l. diffamari. C. de ing. man. Mynſ. 3. obſ. 86.* Cauſa etiam cauſæ quandoq; citationi eſt inſerenda, ut putà, in tali causâ N. prædii ad audiendam ſententiam, *Vant. tit. 50. de null. num. 54. & ſeqq.*

6. Citatio quoque locum judicii ſeu Tribunal nominabit. Secus eſt in ordinariis judicibus, quia hîc citatus nullo loco judicii expreſſo, intelligitur ad locum ſolitæ reſidentiæ citatus, *Gail. 1. obſ. 52. num. 13.* Illud pro cautelâ tradit *Mynſ. 2. obſ. 73.* & peniſſimis verbis *Gail. d. l. num. 7.* ut eo caſu, quo notorium eſt, in loco citationis morari inimicos citati, mittatur procurator vel excuſator (uti Dd. appellant) ad allegandum de loco non tuto.

7. Et diem & terminum, qui dies termini non computatur in terminum, *Mynſ. 5. obſ. 15.* Si enim terminus non congruus ſit, appellare licet, *Bald. in l 2. C. de epiſc. audient. num. 8.* ubi induſtriè & ſingulariter docet, quomodo à termini brevitate appelletur. An autem citatio die feriata facta pro legitimâ accipiatur, adfirmant *Gail. obſ. ſeq. n. 5. Mynſ. 1. obſ. 77. n. final.* Diſſentit *Wurmſ. tit. 6. obſ. 4.* Si quis eſſet citatus ad diem feriatum introductum ob neceſſitatem hominum, citatio quidem valet, licet quis comparere non teneatur. Si tamen compareat, valebit proceſſus *Wurmſ. d. l. obſ. 13. in fin. vide Vant. de nullit. ex def. citat. num. 17. cum ſeq. Mynſ. 2. obſ. 18. num. 4.* & adverſus actorem non comparentem proclama conceditur. Ipſi verò actori contra citatum denegatur, *Mynſ. 3. obſ. 90. num. 3.*

8. Executio citationis debet fieri per nuncium. Limita tamen in caſu quem præſcribit *Mynſ. 5. obſ. 51.* In Camerâ nuncii, (quîs etſi quoad commiſſionem & mandatum judicis non credatur, tamen quoad executionem creditur, *Vant. tit. de nullit. ex def. citat. num. 41. cum ſeq.*) relationem ad finem & calcem originalis citationis conſcribere debent, ut ſit pars actorum, *Mynſ. 6. obſ. 6. num. 11.* De proceſſuum exſequendorum commiſſione, vide *Denaiſ. rubr. 227.* eorundem executione per nuncios, *rub. 228. eundem rubr. 60. num. 5.* de quorum in Camerâ receptione, adſume *Den. rubr. 200.* officio, *rubr. 201.* teſſerâ *202.* mercede *203.* Immunitatibus & pœnis, *rub. 57. num. 4. 8. rubr. 60. num. 1. 3. 5. 8. 9.* & magiſtro, *rubr. 204.* Notarii immatriculati (hi enim, ſi quis ſalvos velit proceſſus, flagitantur, *Gail. 1. obſ. 21. num. 6. Mynſ. 1. obſ. 78. 2. obſ. 18. num. 2.*) Conficiunt inſtrumentum factæ executionis,

inſertâ rei geſtæ totâ ſerie, & ſine tali inſtrumento nec citans, ſi proclama urgeat, nec citatus, ſi abſolutionem roget, executionem probat. *Ordin. part.1. tit.38.39. §.ult.* Non tamen præcisè cõſtabit ex pergameno, ſed ſufficit papyrus. *Arnol. Reyg.* in addit. ad *1. obſ.80. Mynſ.* & ſic ordinatio antiqua notariorum *anno 1512.* edita, verſ. **Item/ die Notarien ſollen /** à foro receſſit. *Gailium* etiam conſule, *1. obſ.119. nu.3. Den. de notariorum albo receptione, rubr.197.* & de notariis Cameræ, *rubr.189.*

9. Executio nuncii impedita, citatum arctat, ſi nuncius formulam citationis publico loco adfigat, *Gail.1. obſ.55. num.1.* an executio citationis realis de domo fieri poſſit, ediſſerit *Mynſ.4. obſerv.69.*

10. Citatio extra territorium fit tripliciter 1. per nuncium, & operabitur, quòd judex rei ſitæ in contumaciam citati non comparentis ad immiſſionem bonorum, non autem ad pœnam pecuniariam aut bannum procedere poteſt. 2. Per judicem rei ſitæ, per literas, & hæc denunciatio litis efficit, ut in contumaciam moniti, actor etiam in poſſeſſionem rei petitæ, ſecundùm naturam actionis intentatæ mitti poſſit. Et hunc modum citandi per literas judicis ad alterius territorii judicem obſignatas, *Gail. 1. obſ.56. num.7.* aliquando obſervatum meminit. 3. Per edictum, quem modum tutiſſimum, *Gail. ibid. num.8.* judicat, & commeminit, hoc quandoq; in Camerâ contra ſubditos Regis Galliarum, & Ducis Brabantiæ factum. Adhibe *Wurmſ.* ἐπίμετρον *tit.6. obſ.9.*

11. Citatio edictalis exorbitans, quæ banno conſimilis eſt, ac proinde delegatus eam non pronunciat, quando locum ſibi poſcat, vide *Wurmſ. tit.6. obſ.8.* In Camerâ petens eam, ad minus tria loca, domicilio citandi vicina exprimere debet, ubi citationis executio fiat. Quod ſi illud non ſit obſervatum, decerni ſolet. **So fern der Supplicant die ôrter/da** citatio per edictum **anzuſchlagen/benennen wirdt/daß ſolches ſol gehôret werden/vnd darauff ergehen ſol was recht iſt.** *Gail.1. obſ.57. num.10. Vantius tit. de null. ex defect. citat. num.133.* Quando creditores per edictum, ſub pœnâ perpetui ſilentii citantur, an lapſo termino citationis, illi, quorum intereſt adhuc comparere & de ſuo intereſſe docere poſſint, adfirmant *Gail. d. loco. num.8. Felin. in c. gratum. de offic. & poteſt. deleg. num.2.*

12. In Camerâ ex vulgato jure frequens eſt, ſi non ritè citatus in termino præfixo compareat, & excipiat contra executionem

citationis,

Digitized by Google

citationis, quòd invalida ſit, talis exceptio non attenditur, ſed citato injungitur, ut ad libellum reſpondeat, & in cauſâ pergat.

b) *Ordinatio part.3. tit.43. §.* Wo aber der. præſcribit, quomodo hoc caſu actor in cauſâ principali procedere poſſit. Fœdere diſtinctionis res tamen explicanda eſt, an reus ſemel comparuerit, litemq; conteſtatus ſit, an verò nunquam comparuerit. Priori modo contracto eremodicio articuli pro confeſſatis acceptantur. Contumax tamen contrarium, ſi vult, probare poteſt. Secundo modo ſervato juris ordine, quem cognoſce è *Gail. 1. obſ80.n.2.* proceditur. Et ſi contumax cauſam evincat, tamen in expenſis condemnatur, *Gail.1.obſ.60.num.9.* vide integrè *Mynſ.4. obſ.67.Ordin.d.tit.§.ultimo.Wurmſ.tit.7.obſ.1.* In quâ an requiratur citatio, indigetat idem *tit.6.obſ.15. num.1.* Sancit quoque eleganter eadem *Ordin.part.3. tit.42.* quî reus contra contumacem actorem liberè agat, & proclamate facto, auf beſchehen rüffen/ ſe tueatur, & quòd in actore abſente, lite conteſtatâ etiam contrahatur eremodicium de jure authent. *qui ſemel.C.quomodo & quand.judex.* vide *Mynſ.4.obſ.66.* Ad inſtantiam etiam rei lite non conteſtatâ, ſi actor ſemel comparuit, & deinde, ut Ulp. *in l.3.D.quæ in fraud.cred.* loquitur, litem mori patiatur, (quod ſecus in ipſo reo contùmace dixi) ſententia in cauſâ principali fertur. Actor tamen pupillus, vel aliâs inutilis qui non legitimavit ſe ad judicium, libellum licet produxerit, excuſationem meruit in Camerâ, & curatores impetravit, *Mynſ.4. obſer.65. num.5.* Uberiùs vide *Wurmſ. tit.7. obſ.2.* ubi inquirit inveſtigatq; actore abſente, quid de jure Digeſtorum, Codicis & Authenticorum teneatur, & notat *ex Baldo in auth.qui ſemel.C.quomod.& quando judic.* ſpecialiſſimum hîc eſſe, ut lite non conteſtatâ quis ſententiâ condemnetur, nullis factis probationibus. Ipſum hoc loco mihi vide *Baldum.& Dd.in l.abſentem.C.de accuſ.* ubi agunt de contumaciâ, quòd ficta ſit probatio.

§ 91. Non minus vota ambigunt, an ſex juridicæ facto proclamate continuæ, an ad minimum ultima utilis ſit? cùm nondum adpareat, an procurator, & cujâs ille, mandato prævaleat, illumque ordo ultimæ vel ſextæ diei, aut etiam interdum poſt aliquot dierum intervallum, demum attineat attingatq;? Haud ergo fuerit longum paucis diſſerere, juridicas iſtas ſex à primâ

Digitized by Google

ad ultimam continuas[a] eſſe; Ordinationis[b] enim ſanctio ſex juridicas curatiùs loquitur, nec ediſſerit, ut Ordo aut Rogatio omnes Procuratores contingat.

a) De tempore continuo vide *l. genero. D. de his qui not. inf. l. nunquam 31. §. 1. D. de uſucap. l. 2. D. de colluſ. deteg. l. ſi uſufr. 6. D. de uſufr. leg. l. debitrix 24. D. ad Vellej.* Dies utiles quidam ſeſſionum dies, quidam ſimpliciter utiles in Jure dicuntur. Dies ſeſſionum illi erant, quibus prætor pro Tribunali ſedebat, & poſtulationibus reſponſum dabat, *l. 2. D. quis ordo in bon. poſſ ſerv. l. 5. §. ſatisfactionis. D. ut in poſſ. legat.* De utili tempore vide *l. 3. in fin. D. de accuſat. l. quod autem 6. in fin. D. quæ in fraud. cred. & Marc. Ant. Bard.* tractatu de tempore utili & continuo. Quoties verò in jure non exprimitur tempus eſſe utile, ſemper continuum eſſe intelligitur. dictâ *l. genero. Bart. ibid. n. 1. D. in clem.* unica, in verbo *continuum* de reſtit. in integr.

b) *Eſt part. 3. tit. 43.* verbis, Auch nach denſelben (drey) Gerichtstäge überſcheinen würden.

§. 92. Cùm citatus nihil penſiùs habeat, nihilque huic curæ antevertat, quàm ut primo[a] termino in citatione præfixo judicio ſiſtat, modò inſinuatio[b] ritè facta ſit, ſtatutum deliberatiſſimum, conſultumque viſum eſt, ut poſthac, non ut factitatum olim, proclamata in eventum, ni ſe quis ad proximam legitimaſſit, ſed purè planeq; vel decernantur, vel negentur.

a) Et impeditus regulariter non liberatur ab onere injuncto, ſed dilationem tantùm impetrat, *Hartm. tit. 19. obſerv. 14. num. 6.* Quibus caſibus aliâs procuratorem mittere teneatur impeditus, tractant pleniùs *Wurmſ. tit. 5. obſ. 17. Mynſ. 4. obſ. 58.*

b) Quæ ſi culpâ vel imperitiâ nuncii non rectè facta ſit, eam ſuis ſumptibus ex integro facere debet, *Gail. 1. obſ. 54. num. 8.*

§. 93. Probamus quoq; & ſancimus, in cauſis Mandatorum executorialium, itemque in citationibus ad reaſſumendum, etſi cauſa appellationis aut ſimplicis quærelæ ſit circumductionem[a] termini, perinde ut in aliis citationibus locum ſibi depoſcere.

a) Ordin.

Digitized by Google

a) *Ordin.ipſa part.3.tit.12.§.ultimo*, docet quî terminus ef-fluxis juridicis circumductus,& citatio caſſa intelligatur.adde de mandatis quî alio modo pro circumductis habeantur. *Receſſ. anno 1594.§.63.* **Als ferner.** Circumducitur autem terminus tunc, quamvis abſentiæ juſtæ cauſæ allegentur & notoriæ ſint, nec edictum citationis circumductum reviviſcit; quia circumductio non ex contumacia, ſed aliunde provenit, ſcilicet ne judicium ſit impendenti,& citatio in ſuſpenſo maneat, *Gail.1.obſ.59.num.2. Mynſ.5.obſ.87.num.2.* An terminus circumducatur,ſi pars hodie in quartâ,quintâ vel ſextâ audientia,cùm ſecundus effectus comparitio ad cauſam, adhinc duret *Mynſ.4.obſ.33 num.7.* compareat, vid. *Mynſ.5.obſ.86.*& quomodo circumducatur ſi hodie poſt ſextam audientiam copiam ſui faciat,& ſe admitti petat, eundem *5.obſ.87.* Terminus non habetur pro circumducto,quamdiu nuncius eſt in mora,vel judex, *Mynſ.2.obſ.62.* Transactione etiam factâ pendente termino comparitionis, tunc circumducitur ad iſtum, & reus non amplius arctatur, *Mynſ.4.obſ.47.* juxta hujus §.contenta, ſi in Camera Imperiali ſit emanata citatio ad readſumendam cauſam, in quâ citato certus eſt præfixus terminus, impetrans verò elapſo termino dictam citationem reproducat, & ſic terminus ſit circumductus, proclama contra citatum non decernitur propter termini circumductionem, ſed reſcripto citationis aut novâ citatione refectis expenſis, *Zaſ.in l.& poſt.D.de re judic.* opus eſt;& ſic pronunciatur; **Iſt das begert rüffen auf fürbrachte exequirte ladung/ als zu ſpat reproducirt/ hiemit abgeſchlagen.** Non tamen ſimpliciter & ſine diſcrimine in Camerâ reſcriptum citationis vel mandati decernitur,ſed tunc, ſi in citatione nihil mutatum quoad perſonas,vel ſubſtantiam narratorum ſit: aliâs nova citatio decernitur,quia in reſcripto nihil debet mutari, *Wurmſ.tit.6.obſ.16.num.4.5.6.7.* adde *Denaiſ.rubr.226. num.3.* Quando verò terminus circumductus eſt,non habet locum præventio, ut tenuit Conſiſtorium illuſtriſſimi Principis Electoris Palatini, *Wurmſ.d.loco.num 3.* nec efficitur litis pendentia,quę quomodo inducatur, ſcribunt adſeruntq; *Mynſ.4.obſ. 26. Gail.1.obſ.74.* Ipſe *Wurmſ.tit.13.de lit.cont.obſ.6.*

§. 94. Inânes vanosq; Receſſus fovit, & longas decretorum ambages, cùm is ipſe pro contumace, facto proclamate, compariturus primùm ſubmonendus, imò præviâ ſententiâ urgendus ſit, ut contumaciam

Digitized by Google

purget emendetq;. Cùm ergo quivis, antequam comparet, ſcire probè atque intelligere gnarus debeat, an proclama latum prolatumque ſit, vel non, & ſi illud decretum, cauſa nulla conniveat, quò minus contumaciam purget; aginæ ſemper æquilibrium erit, ut compariturus ultrò, & absque partis judicisq; ſolemni monitu, contumaciam à ſe purgatam eſſe adſignificet, vel promtè paratoq; eam in judicio offerat.

Vide ſuprà §.89. *adde Mynſ.3.obſ.92.4.obſ.57.Frid.lib.2.c.19. de mand. Menoch.lib.2.arb.caſ.153.& caſ.118.* qui omnes concludunt, à contumaciâ contumacem excuſare ſe poſſe ex juſtâ & probabili causâ.

§. 95. Si tota univerſitas citetur, & proclama contra eam liquidò decernatur, cùm non niſi unica proceſſuum executio, & proclama prodatur, antiquo more, ut contumaciæ pœna [a] unius floreni ſit, agetur.

a) Florenariæ multæ in fiſcalibus cauſis ex contumaciâ debitæ, non ſegniter per pedellos exiguntur, fiſcaliq; reſtituuntur, *Den.rubr.104.num.1.*

§. 96. Sin verò contra tutores [a], aut curatores contumaces [b] proclama recitatum ſit, & proceſſus in contumaciam ſubſequatur, in hunc conſenſum coaluimus, cùm citati tantùm culpam ſustineant, illaque pupillis fraudi eſſe nequeat, ut in causâ principali non adverſum pupillos & minores, eorúmve bona & jura, ſed ipſos curatores aut tutores ad bannum [c], vel immiſſionem [d] procedere fas ſit.

a) Et nota, quòd pupillus non citandus ſit, ſed tutor vel conjuncti, *Mynſ.2.obſ.35.* Tutor ante litis conteſtationem conſtituit actorem judicis decreto, *Mynſ.2.obſ.38.* Pupillus autem cum auctoritate tutoris conſtituit procuratorem, vide *Gail. 2. obſ.107. num.6. Hartm.tit.5.obſ.6. Wurmſ.tit.5.obſ.19.* Judicium etiam cum tutore agitatum, qui non fecit ſolemnia debita, eſt jure nullum, *Mynſ.2.obſ.37.* vide *Gail.2.obſ.107.num.3.* An ſententia pro pupillo

pupillo ſine tutore lata valeat, diſſerit *Mynſ.2.obſ.36.* De ſententiâ contra minorem indefenſum latâ, vide *Hartm.tit.5.obſerv.8. & obſ.7.*

b) Contumacia eſt delictum impropriè, *Gail.2.de P.P.cap.5. num.8.* Quia tamen in Camerâ commiſſa reſpicit contemptum Cęſaris, ideo pœna banni planiſſimè contumaci irrogatur, *Gail. ibid.num.13. & Jul.Clar. lib.5.ſent.§.1.num.12. in fin.* aſſerit, contumaciam contemptum judicis reſpicientem criminaliter puniri poſſe.

c) Ordinatio ipſa part.3.tit.43. tribus modis contra contumacem reum procedit: 1. ad bannum. 2. Immiſſionem ex primo decreto ſecundùm rei naturam. 3. cauſam principalem ad finem proſequitur. Et, cùm tria iſta media & remedia ex Ordinat. alternativè procedant, etiam poſt litis conteſtationem alterius uſus, & ſic variatio conceditur, *Gail.1.obſ.60.num.4.* Quî acturus ad bannum contumacem denuò proſcriptionis excuſationíſve cauſâ citandum curare debeat, explanat *Ordinat. §.1.* Doch wo der. Tale verò bannum ſolo judicis Cameræ, & Adſeſſorum arbitrio, parte altera etiam invitâ, relaxari poteſt, *Mynſ. 5.obſ.11.n.4. Gail.2. de P.P.c.18.num.16. & ſeq. idem c.6.ibid.n.7.* De utriusque verò banniti, delicti & contumaciæ differentia & formâ ſententiæ tractat enucleatim, *Gail.ipſo c.6.* quod nunc indigetavi, & diſcrimen ſtrictim enucleatum eſt in cauſâ Reviſionis Heinrich von Weſthoven contra Georgen von Weſthoven/ cujus cauſæ ſententia pronunciata eſt 25. Mart. anno 1564. Alios modos puniendi contumaciam utriusq; litigantis, ſcilicet capturam, arreſtationem, expenſarum, indebitæ fatigationis reſtitutionem, pignorum capionem mulctæ indictionem, ſequeſtrationẽ fructuum, &c. adgeſſit *Chaſſan.in conſuet. Burgund.tit. des juſt.§.7.Duar.in l.5.D.de in lit.jurand.*

d) In Camerâ hîc primò fit immiſſio per interlocutoriam, deinde ſuper eâ executoriales decernuntur, *Gail.1. obſ.60.num.1.* De immiſſione prolixiùs vide *Wurmſ.tit.7.obſ.3.& 6. ubi n.24. dict.obſ.6.* disquirit, an hîc citatio deſideretur.

§. 97. Cùm etiam noſtrâ Ordinumque auctoritate ſancita ordinatio [a] in medium conſulat, ne quis, priusquam proceſſus procurati reâpſe in judicio reproducantur, de diligentiâ [b] tantùm, dilatâ omni actione aliâ,

memoret & obteſtetur; in ore verò famâque, imò facto ipſo conteſtatum ſit, à foro illius uſum receſſiſſe, nihilq; penè actum fuiſſe, quàm ut multo verborum honore proceſſus, & prout penes exequentem inani ſpecie producti, & ad uſque tabellarii adventum, aliarumque conſimilium petitionum ordine, prorogationes fruſtrà flagitatæ fuerint. Itaque conſilii certi abſcisè providemus, ut inanes iſti Receſſus intereà dum reipsâ reproductio fiat, penitus penitusq; faceſſant.

a) Eſt *Ordinat.part.3.tit.12.in pr.Ordin.etiam part.2.tit.30. in princ.* præcipit, ut intra tempus appellatio, citationis tum impetratione, tum inſinuatione ac reproductione *judicialiter* introducatur; & ni reproductio non verbalis, ſed realis ſit, cauſa à deſertione non vindicetur, vide *Den.rubr.34.num.4.* Quî procuratores aliâs temporis hujus prorogationem petere, & cauſas juſtas poſtea in proceſſuum reproductione ſcriptas exhibere debeant, vide §.97. Wann auch befunden. *Receſſ.1594.*

b) *Ordin.part.3.tit.12.§.14.* Es ſol auch. Lex eſt, ut procuratores antè citationis terminum in judicio de diligentiâ ſuâ non proteſtentur, ſed eo expectato tum demum, quod uſus erit, agant.

§ 98. In reproductione proceſſuum, (ubi multa labant,) hucuſque etiam multus verborum ambitus Audientias moratus eſt, ampliſſimarum nempe dignationum & nominum [a] tituli, & commemoratio, quî proceſſus, citatio inhibitio, &c. evulgati ſint. Procuratores ergo meminerint, ut Receſſus à principio litis non aliter, quàm reliquis in terminis receptum eſt, citra titulorum gloriam gratiamq; forment effigientq;; exempli causâ, *In causâ Lucii* [b] *Titii contra Publium Mævium reproduco Ipſe emanatam evulgatamq; citationem ex pacto mandato.* Pari quoque jure, citati [c] prolixiſſimas proteſtationes & captationes *de non conſentiendo, niſi quatenus & in quantum de jure & aliis omnibus exceptionibus ſalvis, &c.* inani ſtudio cœptas transmittent,

& tan-

Digitized by Google

& tantùm *cum ſolitâ proteſtatione & reſervatione* cauſæ adſiſtent, remque eſſabuntur. Ipſi etiam procuratores, ne Receſſuum genus latâ ſegete pullulet, valeſcat, compendiumque temporis habeatur, omne id quod unus terminus facile capit, in ſeparatos Receſſus non ſegregabunt, ſed conjunctim unâ vice efferent proferentq;.

a) Cognoſce notata *ad §.81.lit.d.*

b) Sumptum exemplum ex *l.lecta 40.D.de reb.cred.*

c) Vide ſcripta *ad §.90.lit.a.num.2.* An valeat,ut exemplo utar,ſi quis litem ita conteſtetur:Ego ſalvis omnibus exceptionibus & defenſionibus tam realibus quàm perſonalibus ex quacunq; causâ & quocunque modo competentibus, litem conteſtando dico,hoc & hoc non fuiſſe ita actum,verùm,&c. unde peto,&c.vide,lege *Wurmſ.tit.24.obſ.32.*

§. 99. Cùm appellanti liberum ſit, quia terminus citationis non circumducitur [a], poſteà etiam quandocunq; velit,intra fatalia tamen proceſſus reproducere, & cauſam pro judicio diſceptare, ambiguus conſilii judex fuit,an appellatus [b] qui citatus eſt,in ipsâ termini periodo,aut poſt ejus interjectum,intra tamen fatalia, comparére, porrectam citationem reproducere, proclama urgere,& lapſis ipſiſſimis ſex juridicis, abſolutionem putam à citatione durantibus conſiſtentibúsve adhuc fatalibus rogare poſſit. Quoniam verò Ordinationis ſancita hîc diſcrimen planè agnoſcunt nullum, & contra per appellantem, adverſum appellatum non comparentem juſtà quamprimū & indifferenter, intra fatalia puta,tela proceſſus texi queat,impetrantiq; ipſi nihil veniæ aut gratiæ indulgendum ſit,conſilium ſciſcitati ſumus, ut generale [d] Ordinationis conſultum hîc adprimè valeat.

a) Quòd terminorum circumductioni in cauſis appellationum locus non ſit,textus expreſſus in *Receſſ.1566.§.121.* So vil

die Appellationen.ad manus eſt. Et ſic obſervandum diſpoſitionem Ordinationis *in §.final.tit.12.part.3.* non militare in cauſis appellationum,ſed tantùm ſimplicis querelæ.Et ita jus commune valet,*Myn∫.2.obſ.63.*

b) Vide *Ordin.part.3.tit.44.in pr. §.ult.* §.2.*verſ.* Demnach dem/ubi docetur,quî omnibus velut per ſaturam collectis terminis ſimpliciter ſuper actis prioribus concludatur.

c) Vide *Ordin.part.3.tit.45.in pr. & §.1.* Doch ſo er.

d) Appellatus etiam poſt terminum comparens,poteſt petere proclama, ſed illud ex officio non decernitur (velut appellatione deſertâ, ſuper ipſâ deſertione judex pronunciare obnoxius eſt ex officio, *Mynſ.3. obſ.22. Idem 2.obſ.59.* verſ. *prædicta tamen, & obſ.ſeq.*) *Mynſ.2.obſ.64.* Illoq; in termino comparente,etſi appellans demùm poſt terminum proceſſus reproduxerit,tamen appellationem proſequi integrum eſt,*Receſſ.anno 1594.§.103.* Wann auch wol.

§.100. Inſtrumentis appellationis coram Notario [a] & teſtibus legitimè interpoſitis, nec in ipſius primi termini apparatu, ut quidem Ordinationis [b] conſultum eſt, prolatis, & formalibus approbatis aut juſtificatis, adverſo præjudicio aut pœnâ notatum fuit,cùm ordinatio certam non efferat aut adſerat; ſed tantùm actis non inlatis, abſolutionem à citatione deſtinet tit.31. §.4.in pr.& anteceſſu [c]. part.3. Viſitationis autem conſulta anno CIↃ IↃ LXIV. ſancita §.30.ſaltem arbitrariam pœnam & ejus quod intererit præſtationem indîcant. Cum verò Ordinatio modicis prætermiſſis non annuat,ſed actis aut documentis [d] requiſitionis non exhibitis,ferè ex conſimili cauſâ, quòd appellationis forma [e] non probata ſit,pœnam abſolutionis à citatione dictârit,& modò præmemorato caſu ſimili ſtudio cauſa prolata ſit,judiciumq; fruſtra laborem exantlaverit,ſi illa ipſa poſteà non juſta ſatis obſervata & judicata fuerint; Procuratoribusque omne effectu promtum & factu facillimum ſit,quibus inſtrumenta

(ſi

(ſi in parato confecta ſunt) ab ipſo acceſſu ſtatim pro impetratione & rogatione proceſſuum ad manum ſunt, & parti ipſi non ſubſerviant, aut à Notario, ſi uſus eorum, facillimè repeti poſſint, in hanc cauſam deſcendimus, ut Procuratores inſtrumenta appellationis ſub pœnâ abſolutionis à citatione primo termino edere teneantur obligenturq́;.

a) In Camerâ non recipiuntur appellationes coram Notariis ex intervallo factæ, niſi in ſcriptis fiant, & Notarii atteſtentur *in his ſcriptis* appellatum fuiſſe. Non ſufficit, verbis appellationem proferre, quæ deinde redigatur in ipſiſſimam ſcripturam, *Mynſ.4.obſ.45.* Si tamen appellatio in Camerâ verbo introducitur, eo caſu, quo à Notario inſtrumentum appellationis haberi non poteſt, & poſteà in termino à Camerâ præfigendo realiter inſtrumentum producitur, appellationi locus eſt, *Mynſ.1.obſ.83.* Vide *Guid.Pap.90.& 436. deciſ.queſt.56. Hartm.tit.19.obſerv.4. Receſſ.anno 1594. §.99.* Gleicher geſtalt. apertiùs loquitur, Appellatione coram Notario in ſcriptis interjectâ, ſcriptum ſeu ſchedam inſtrumento inſerendam.

b) Eſt *princ. Ordin.* quod flagitat, ut inſtrumentum appellationis, unà cum prioris inſtantiæ actis producatur; quod in interlocutoriis loco libelli vivâ voce repetitur, *Denaiſ.rub.308.n.11. Ordin.part.3.tit.31.§.8.* Vnd ſo fert.

c) Eſt §. Derwegen dann.

d) Superior §. exigit etiam, ut, quàm citò acta ſe judex editurum receperit, documento demonſtretur. adde *Den.rubr.125. num.1.*

e) Formalia ab utroque procuratore, vel adſtruuntur, vel infirmantur, *Den.rubr.36.num.4. Mynſ.3.obſ.15.num.7.* & ad rationem veteris Kalendarii exiguntur, *Den.ibid.num.5.* De actis aliquid adſpergā & ſubſeram, cùm hîc materies ſit. Primùm præceptum & axioma ἀναντίῤῥητον ſit, Actorum editione omnia, quæ vel ante ſententiam, vel ſimul poſteáve exhibita, decreta, geſta fuerint, planè contineri. *Receſſ.1570.§.74.* In den Appellationſachen. *Boër.deciſ.44.num.8.* aliâs judex à quo parti appellanti ad intereſſe tenetur, *Gail.1.obſ.134. Menoch. caſu 176. lib.2. arbitr.*

II. Si judex qui debet edere acta, contumax eſt, non ſtatim fit declaratio pœnæ, neque arctiores compulſoriales: putà ſub

tanquam nimis ſerò & poſt feſtum prolatum impugnatur, repudiatur, an ideo abſolutionem petens obſecransq; audiatur? quod paratâ cognitione decidimus, & conſulimus, ut poſt impetratas Compulſoriales, appellati preces non minus æquis auribus, æquioribus animis accipiantur, audiantur, & abſolutio à citatione pro publico recitetur.

a) Vide notata *ad* §.*99.lit.d.*

§. 104. Si ex actis, primóve termino prolatis uberiùs conſtiterit, judicem acta edere nolle, omnemque ſpem penitùs præripiat, velut ſi excipiat, & nuncio Cameræ id innuat, omiſſio documenti requiſitionis appellanti fraudi non erit, ſed excuſatiùs illud faciet.

§. 105. Cùm disertâ lege hactenus non explicatum ſit, an Nunciorum Cameræ relatio aut executio [a], quæ renunciat judicem ipſum inlatis compulſorialibus obtuliſſe ſe intra certum nominatumq; tempus ad actorum editionem, vim documenti requiſitionis, fidem veritatis mereatur? quod æquis equidem votis non deliberatum fuit; Ergo Nuncii quos Camera prolixiùs curat, non ſocordes futuri, quandoquidem ad hunc modum factæ actæq; relationes nomen non ſuſtinent, per ſacramenti religionem devincientur, rogatu appellantium acta rectè riteq; requiſituros, eamque rem cum reſponſo fideliter enunciaturos, renunciaturosq.; & ſic demum relationes iſtæ meritis fideq; pollebunt.

a) Vide ſcripta repetitaq; *ad* §.*90*.ſupra. *lit.a.num.8.9.*

§. 106. Præterea, appellato abſolutionem à citatione ex causâ & capite non factæ requiſitionis non poſtulante, & ad uberiora & ulteriora deſcendente, illa non ex officio, ſed ut moris jurisq; communiter eſt, ad preces partis inrogabitur.

§. 107. Mul-

§.107. Multoq; minus appellato per contumaciam abſente, ejus ratio habebitur, & officium in abſolvendo judex impertietur.

§. 108. Appellante verò primo termino documentum requiſitionis non edente, neque appellato contradicente, aut à citatione abſolvi petente, ſed tunc, ubi culpam poſteà adverterit, illud ipſum poſtulante, inritæ preces erunt. Contrà, ſi primo ipſo termino rogetur, vel ad proximam, quoádve appellato aliud agere integrum fuerit, exquiratur, eædem recipientur.

Spero, imò confido, præcedentes hosce §§. lumen mutuaturos & fœneraturos à clarâ appellationis luce. Itaque συνθέμως appellationum materiem delibabimus, & reponemus. Anticænia, more majorum, ſint. A quibus cauſis appelletur. Quod ut meliùs uberiusq; cognoſcatur, brevi hac tabellâ inſigniora compono. Primò itaque appellatio ſuccedit à definitivâ, quam lineis veris fictam depictamq;, vide apud *Mynſ.3.obſ.88. Gail.1.obſ.130.* In appellationibus à definitivâ vel earum inſtar habentibus inhibetur indiſtinctè: excepto 1. ſi, cum poſſeſſorio retinendæ agatur, appellatus ſe poſſidere contendat. 2. vel ſi jurisdictio etiamnum dubia. 3. vel ſi appellatio ipſa jure communi reprobetur. *Receſſ. anno 1594. §.100.* 2. ſuccedit ab interlocutoriâ, ejus definitionem cape ibidem, apud *Gail. noſtrum etiam 1.obſ.129. & Mynſ.* Et appellans ab interlocutoria, poteſt iterum appellare à definitivâ, ſi judex à quo procedit ad ſententiam, *Hartm. tit.19. obſ.18.* Appellationi autem ab interlocutoriâ non ſemper judex deferre tenetur, quia tunc fit querela tantùm de iniquitate judicantis; In definitivâ ſecus eſt, quia propoſita ibi eſt victoria ex novis probationibus, *Hartman. tit.19. obſerv.13. Gail.1.obſerv.144. num.5.* Valet conſuetudo & ſtatutum, ut ab interlocutoriâ vivâ voce (ſicut in Bavariâ *teſte Mynſ.1.obſ.66.* moris eſt) in continenti appelletur, *Angel. conſ.267. num.1. circa fin.* Eadem ratione valet ſtatutum mosq; ille, ut à definitivâ ex intervallo vivâ voce appellari poſſit. Et ſufficit, in obtinendâ citatione, ut *Gail. d. obſ.130. nu.4.* ediſſerit, nudam conſuetudinis allegationem promere: quia de ejus veritate poſteà in puncto competentiæ vel devolutionis disputari poteſt. In Camerâ olim etiam in recipiendis appellationibus ſuper competentia judicis disceptationes an ſit ſententia

inſertâ rei geſtæ totâ ſerie, & ſine tali inſtrumento nec citans, ſi proclama urgeat, nec citatus, ſi abſolutionem roget, executionem probat. *Ordin. part.1. tit.38.39. §.ult.* Non tamen præcisè cõſtabit ex pergameno, ſed ſufficit papyrus. *Arnol.Reyg.* in addit. ad *1.obſ.80.Mynſ.* & ſic ordinatio antiqua notariorum *anno 1512.* edita, verſ. Item/ die Notarien ſollen / à foro receſſit. *Gailium* etiam conſule, *1.obſ.119.nu.3.Den.de notariorum albo receptione, rubr.197.* & de notariis Cameræ, *rubr.189.*

9. Executio nuncii impedita, citatum arctat, ſi nuncius formulam citationis publico loco adfigat, *Gail.1.obſ.55. num.1.* an executio citationis realis de domo fieri poſſit, ediſſerit *Mynſ.4. obſerv.69.*

10. Citatio extra territorium fit tripliciter 1. per nuncium, & operabitur, quòd judex rei ſitæ in contumaciam citati non comparentis ad immiſſionem bonorum, non autem ad pœnam pecuniariam aut bannum procedere poteſt. 2. Per judicem rei ſitæ, per literas, & hæc denunciatio litis efficit, ut in contumaciam moniti, actor etiam in poſſeſſionem rei petitæ, ſecundùm naturam actionis intentatæ mitti poſſit. Et hunc modum citandi per literas judicis ad alterius territorii judicem obſignatas, *Gail. 1.obſ.56.num.7.* aliquando obſervatum meminit. 3. Per edictum, quem modum tutiſſimum, *Gail.ibid. num.8.* judicat, & commeminit, hoc quandoq; in Camerâ contra ſubditos Regis Galliarum, & Ducis Brabantiæ factum. Adhibe *Wurmſ.* ἐπίμετρον *tit.6.obſ.9.*

11. Citatio edictalis exorbitans, quæ banno conſimilis eſt, ac proinde delegatus eam non pronunciat, quando locum ſibi poſcat, vide *Wurmſ. tit.6. obſ.8.* In Camerâ petens eam, ad minus tria loca, domicilio citandi vicina exprimere debet, ubi citationis executio fiat. Quod ſi illud non ſit obſervatum, decerni ſolet. So fern der Supplicant die örter/da citatio per edictum anzuſchlagen/benennen wirdt/daß ſolches ſol gehöret werden/vnd darauff ergehen ſol was recht iſt. *Gail.1.obſ.57. num.10. Vantius tit.de null.ex defect.citat.num.133.* Quando creditores per edictum, ſub pœnâ perpetui ſilentii citantur, an lapſo termino citationis, illi, quorum intereſt adhuc comparere & de ſuo intereſſe docere poſſint, adfirmant *Gail.d.loco.num.8.Felin.in c.gratum.de offic.& poteſt.deleg.num.2.*

12. In Camerâ ex vulgato jure frequens eſt, ſi non ritè citatus in termino præfixo compareat, & excipiat contra executionem citationis,

Digitized by Google

citationis, quòd invalida ſit, talis exceptio non attenditur, ſed citato injungitur, ut ad libellum reſpondeat, & in causâ pergat.

b) *Ordinatio part.3. tit.43.* §. Wo aber der. præſcribit, quomodo hoc caſu actor in causâ principali procedere poſſit. Fœdere diſtinctionis res tamen explicanda eſt, an reus ſemel comparuerit, litemq; conteſtatus ſit, an verò nunquam comparuerit. Priori modo contracto eremodicio articuli pro confeſſatis acceptantur. Contumax tamen contrarium, ſi vult, probare poteſt. Secundo modo ſervato juris ordine, quem cognoſce è *Gail. 1. obſ.80, n.2.* proceditur. Et ſi contumax cauſam evincat, tamen in expenſis condemnatur, *Gail.1.obſ.60.num.9.* vide integrè *Mynſ.4. obſ.67. Ordin. d. tit. §. ultimo. Wurmſ. tit.7. obſ.1.* In quâ an requiratur citatio, indigetat idem *tit.6.obſ.15. num.1.* Sancit quoque eleganter eadem *Ordin. part.3. tit.42.* quî reus contra contumacem actorem liberè agat, & proclamate facto, auf beſchehen rüffen/ ſe tueatur, & quòd in actore abſente, lite conteſtatâ etiam contrahatur eremodicium de jure authent. *qui ſemel. C. quomodo & quand. judex.* vide *Mynſ. 4. obſ. 66.* Ad inſtantiam etiam rei lite non conteſtatâ, ſi actor ſemel comparuit, & deinde, ut Ulp. *in l.3. D. quæ in fraud. cred.* loquitur, litem mori patiatur, (quod ſecus in ipſo reo contùmace dixi) ſententia in causâ principali fertur. Actor tamen pupillus, vel aliâs inutilis qui non legitimavit ſe ad judicium, libellum licet produxerit, excuſationem meruit in Camerâ, & curatores impetravit, *Mynſ. 4. obſer. 65. num. 5.* Uberiùs vide *Wurmſ. tit. 7. obſ. 2.* ubi inquirit inveſtigatq; actore abſente, quid de jure Digeſtorum, Codicis & Authenticorum teneatur, & notat *ex Baldo in auth. qui ſemel. C. quomod. & quando judic.* ſpecialiſſimum hîc eſſe, ut lite non conteſtatâ quis ſententiâ condemnetur, nullis factis probationibus. Ipſum hoc loco mihi vide *Baldum. & Dd. in l. abſentem. C. de accuſ.* ubi agunt de contumaciâ, quòd ficta ſit probatio.

§ 91. Non minus vota ambigunt, an ſex juridicæ facto proclamate continuæ, an ad minimum ultima utilis ſit? cùm nondum adpareat, an procurator, & cujâs ille, mandato prævaleat, illumque ordo ultimæ vel ſextæ diei, aut etiam interdum poſt aliquot dierum intervallum, demum attineat attingatq;? Haud ergo fuerit longum paucis diſſerere, juridicas iſtas ſex à primâ

Digitized by Google

ad ultimam continuas [a] eſſe; Ordinationis [b] enim ſanctio ſex juridicas curatiùs loquitur, nec ediſſerit, ut Ordo aut Rogatio omnes Procuratores contingat.

a) De tempore continuo vide *l.genero.D.de his qui not. inf. l.nunquam 31. §.1. D. de uſucap. l.2. D.de colluſ.deteg. l.ſi uſufr. 6. D.de uſufr.leg.l.debitrix 24.D.ad Vellej.* Dies utiles quidam ſeſſionum dies, quidam ſimpliciter utiles in Jure dicuntur. Dies ſeſſionum illi erant, quibus prætor pro Tribunali ſedebat, & poſtulationibus reſponſum dabat, *l.2.D.quis ordo in bon.poſſ ſerv. l.5.§.ſatisfactionis.D.ut in poſſ. legat.* De utili tempore vide *l.3. in fin. D.de accuſat. l.quod autem 6.in fin.D. quæ in fraud.cred. & Marc.Ant.Bard.* tractatu de tempore utili & continuo. Quoties verò in jure non exprimitur tempus eſſe utile, ſemper continuum eſſe intelligitur. dictâ *l.genero. Bart. ibid. n.1. D. in clem.* unica, in verbo *continuum* de reſtit.in integr.

b) *Eſt part.3.tit.43.* verbis, Auch nach denſelben (drey) Gerichtstäge überſcheinen würden.

§. 92. Cùm citatus nihil penſiùs habeat, nihilque huic curæ antevertat, quàm ut primo [a] termino in citatione præfixo judicio ſiſtat, modò inſinuatio [b] ritè facta ſit, ſtatutum deliberatiſſimum, conſultumque viſum eſt, ut poſthac, non ut factitatum olim, proclamata in eventum, ni ſe quis ad proximam legitimaſſit, ſed purè planeq; vel decernantur, vel negentur.

a) Et impeditus regulariter non liberatur ab onere injuncto, ſed dilationem tantùm impetrat, *Hartm.tit.19.obſerv.14.num.6.* Quibus caſibus aliâs procuratorem mittere teneatur impeditus, tractant pleniùs *Wurmſ.tit.5.obſ.17. Mynſ.4.obſ.58.*

b) Quæ ſi culpâ vel imperitiâ nuncii non rectè facta ſit, eam ſuis ſumptibus ex integro facere debet, *Gail.1.obſ.54. num.8.*

§. 93. Probamus quoq; & ſancimus, in cauſis Mandatorum executorialium, itemque in citationibus ad reaſſumendum, etſi cauſa appellationis aut ſimplicis quærelæ ſit circumductionem [a] termini, perinde ut in aliis citationibus locum ſibi depoſcere.

a) *Ordin.*

Digitized by Google

a) Ordin.ipſa part.3.tit.12.§.ultimo, docet quî terminus effluxis juridicis circumductus,& citatio caſſa intelligatur.adde de mandatis quî alio modo pro circumductis habeantur. *Receſſ. anno 1594.§.63.* **Als ferner.** Circumducitur autem terminus tunc, quamvis abſentiæ juſtæ cauſæ allegentur & notoriæ ſint, nec edictum citationis circumductum reviviſcit; quia circumductio non ex contumacia, ſed aliunde provenit, ſcilicet ne judicium ſit impendenti,& citatio in ſuſpenſo maneat, *Gail.1.obſ.59.num.2. Mynſ.5.obſ.87.num.2.* An terminus circumducatur,ſi pars hodie in quartâ,quintâ vel ſextâ audientia,cùm ſecundus effectus comparitio ad cauſam, adhinc duret *Mynſ.4.obſ.33 num.7.* comparеat, vid.*Mynſ.5.obſ.86.*& quomodo circumducatur ſi hodie poſt ſextam audientiam copiam ſui faciat,& ſe admitti petat, eundem *5.obſ.87.* Terminus non habetur pro circumducto,quamdiu nuncius eſt in mora,vel judex, *Mynſ.2.obſ.62.* Transactione etiam factâ pendente termino comparitionis, tunc circumducitur ad iſtum, & reus non amplius arctatur, *Mynſ.4.obſ.47.* juxta hujus §.contenta, ſi in Camera Imperiali ſit emanata citatio ad readſumendam cauſam, in quâ citato certus eſt præfixus terminus, impetrans verò elapſo termino dictam citationem reproducat, & ſic terminus ſit circumductus, proclama contra citatum non decernitur propter termini circumductionem,ſed reſcripto citationis aut novâ citatione refectis expenſis, *Zaſ.in l.& poſt.D.de re judic.*opus eſt;& ſic pronunciatur; **Iſt das begert rüffen auf fürbrachte exequirte ladung/ als zu ſpat reproducirt/ hiemit abgeſchlagen.** Non tamen ſimpliciter & ſine diſcrimine in Camerâ reſcriptum citationis vel mandati decernitur,ſed tunc, ſi in citatione nihil mutatum quoad perſonas,vel ſubſtantiam narratorum ſit: aliâs nova citatio decernitur,quia in reſcripto nihil debet mutari, *Wurmſ.tit.6.obſ.16.num.4.5.6.7.* adde *Denaiſ.rubr.226. num.3.* Quando verò terminus circumductus eſt,non habet locum præventio, ut tenuit Conſiſtorium illuſtriſſimi Principis Electoris Palatini, *Wurmſ.d.loco.num 3.* nec efficitur litis pendentia,quę quomodo inducatur,ſcribunt adſeruntq; *Mynſ.4.obſ.26.Gail.1.obſ.74.* Ipſe *Wurmſ.tit.13.de lit.cont.obſ.6.*

§. 94. Inanes vanosq; Receſſus fovit, & longas decretorum ambages, cùm is ipſe pro contumace,facto proclamate, compariturus primùm ſubmonendus, imò præviâ ſententiâ urgendus ſit, ut contumaciam

Digitized by Google

purget emendetq́;. Cùm ergo quivis, antequam comparet, ſcire probè atque intelligere gnarus debeat, an proclama latum prolatumq́ue ſit, vel non, & ſi illud decretum, cauſa nulla conniveat, quò minus contumaciam purget; aginæ ſemper æquilibrium erit, ut compariturus ultrò, & absque partis judicisq́; ſolemni monitu, contumaciam à ſe purgatam eſſe adſignificet, vel promtè paratoq́; eam in judicio offerat.

Vide ſuprà §.89. *adde Mynſ.3.obſ.92.4.obſ.57.Frid.lib.2.c.19. de mand. Menoch.lib.2.arb.caſ.153.& caſ.118.* qui omnes concludunt, à contumaciâ contumacem excuſare ſe poſſe ex juſtâ & probabili cauſâ.

§. 95. Si tota univerſitas citetur, & proclama contra eam liquidò decernatur, cùm non niſi unica proceſſuum executio, & proclama prodatur, antiquo more, ut contumaciæ pœna [a] unius floreni ſit, agetur.

a) Florenariæ multæ in fiſcalibus cauſis ex contumaciâ debitæ, non ſegniter per pedellos exiguntur, fiſcaliq́; reſtituuntur, *Den.rubr.104.num.1.*

§. 96. Sin verò contra tutores [a], aut curatores contumaces [b] proclama recitatum ſit, & proceſſus in contumaciam ſubſequatur, in hunc conſenſum coaluimus, cùm citati tantùm culpam ſustineant, illaq́ue pupillis fraudi eſſe nequeat, ut in causâ principali non adverſum pupillos & minores, eorúmve bona & jura, ſed ipſos curatores aut tutores ad bannum [c], vel immiſſionem [d] procedere fas ſit.

a) Et nota, quòd pupillus non citandus ſit, ſed tutor vel conjuncti, *Mynſ.2.obſ.35.* Tutor ante litis conteſtationem conſtituit actorem judicis decreto, *Mynſ.2.obſ.38.* Pupillus autem cum auctoritate tutoris conſtituit procuratorem, vide *Gail. 2. obſ.107. num.6. Hartm.tit.5.obſ.6. Wurmſ.tit.5.obſ.19.* Judicium etiam cum tutore agitatum, qui non fecit ſolemnia debita, eſt jure nullum, *Mynſ.2.obſ.37.* vide *Gail.2.obſ.107. num.3.* An ſententia pro

pupillo

pupillo ſine tutore lata valeat, disſerit *Mynſ.2.obſ.36.* De ſententiâ contra minorem indefenſum latâ, vide *Hartm.tit.5.obſerv.8. & obſ.7.*

b) Contumacia eſt delictum impropriè, *Gail.2.de P.P.cap.5. num.8.* Quia tamen in Camerâ commiſſa reſpicit contemptum Cęſaris, ideo pœna banni planiſſimè contumaci irrogatur, *Gail. ibid.num.13. & Jul.Clar. lib.5.ſent.§.1.num.12. in fin.* aſſerit, contumaciam contemptum judicis reſpicientem criminaliter puniri poſſe.

c) Ordinatio ipſa part.3.tit.43. tribus modis contra contumacem reum procedit: 1. ad bannum. 2. Immiſſionem ex primo decreto ſecundùm rei naturam. 3. cauſam principalem ad finem proſequitur. Et, cùm tria iſta media & remedia ex Ordinat. alternativè procedant, etiam poſt litis conteſtationem alterius uſus, & ſic variatio conceditur, *Gail.1.obſ.60.num.4.* Quî acturus ad bannum contumacem denuò proſcriptionis excuſationísve cauſâ citandum curare debeat, explanat *Ordinat. §.1.* Doch wo der. Tale verò bannum ſolo judicis Cameræ, & Aſſeſſorum arbitrio, parte altera etiam invitâ, relaxari poteſt, *Mynſ. 5.obſ.11.n.4. Gail.2. de P.P.c.18.num.16. & ſeq. idem c.6.ibid.n.7.* De utriusque verò banniti, delicti & contumaciæ differentia & formâ ſententiæ tractat enucleatim, *Gail.ipſo c.6.* quod nunc indigetavi, & diſcrimen ſtrictim enucleatum eſt in cauſâ Reviſionis Heinrich von Weſthoven contra Georgen von Weſthoven/ cujus cauſæ ſententia pronunciata eſt 25. Mart. anno 1564. Alios modos puniendi contumaciam utriusq; litigantis, ſcilicet capturam, arreſtationem, expenſarum, indebitæ fatigationis reſtitutionem, pignorum capionem mulctæ indictionem, ſequeſtrationē fructuum, &c. adgeſſit *Chaſſan.in conſuet. Burgund.tit. des juſt.§.7.Duar.in l.5.D.de in lit.jurand.*

d) In Camerâ hîc primò fit immiſſio per interlocutoriam, deinde ſuper eâ executoriales decernuntur, *Gail.1. obſ.60. num.1.* De immiſſione prolixiùs vide *Wurmſ.tit.7.obſ.3.& 6. ubi n.24. dict.obſ.6.* disquirit, an hîc citatio deſideretur.

§. 97. Cùm etiam noſtrâ Ordinumque auctoritate ſancita ordinatio [a] in medium conſulat, ne quis, priusquam proceſſus procurati reâpſe in judicio reproducantur, de diligentiâ [b] tantùm, dilatâ omni actione aliâ,

Digitized by Google

memoret & obteſtetur; in ore verò famâque, imò facto ipſo conteſtatum ſit, à foro illius uſum receſſiſſe, nihilq́; penè actum fuiſſe, quàm ut multo verborum honore proceſſus, & prout penes exequentem inani ſpecie producti, & ad uſque tabellarii adventum, aliarumq́ue conſimilium petitionum ordine, prorogationes fruſtrà flagitatæ fuerint. Itaque conſilii certi abſcisè providemus, ut inanes iſti Receſſus intereà dum reipsâ reproductio fiat, penitus penitusq́; faceſſant.

a) Eſt *Ordinat.part.3.tit.12.in pr.Ordin.etiam part.2.tit.30.in princ.* præcipit, ut intra tempus appellatio, citationis tum impetratione, tum inſinuatione ac reproductione *judicialiter* introducatur; & ni reproductio non verbalis, ſed realis ſit, cauſâ à deſertione non vindicetur, vide *Den.rubr.34.num.4.* Quî procuratores aliâs temporis hujus prorogationem petere, & cauſas juſtas poſtea in proceſſuum reproductione ſcriptas exhibere debeant, vide §.97. Wann auch befunden. *Receſſ.1594.*

b) *Ordin.part.3.tit.12.§.14.* Es ſol auch. Lex eſt, ut procuratores antè citationis terminum in judicio de diligentiâ ſuâ non proteſtentur, ſed eo expectato tum demum, quod uſus erit, agant.

§ 98. In reproductione proceſſuum, (ubi multa labant,) hucuſque etiam multus verborum ambitus Audientias moratus eſt, ampliſſimarum nempe dignationum & nominum [a] tituli, & commemoratio, quî proceſſus, citatio inhibitio, &c. evulgati ſint. Procuratores ergo meminerint, ut Receſſus à principio litis non aliter, quàm reliquis in terminis receptum eſt, citra titulorum gloriam gratiamq́; forment effigientq́;; exempli causâ, *In causâ Lucii* [b] *Titii contra Publium Mævium reproduco Ipſe emanatam evulgatamq́; citationem ex pacto mandato.* Pari quoque jure, citati [c] prolixiſſimas proteſtationes & captationes *de non conſentiendo, niſi quatenus & in quantum de jure & aliis omnibus exceptionibus ſalvis, &c.* inani ſtudio cœptas transmittent,

& tan-

& tantùm *cum ſolitâ proteſtatione & reſervatione* cauſæ adſiſtent, remque effabuntur. Ipſi etiam procuratores, ne Receſſuum genus latâ ſegete pullulet, valeſcat, compendiumque temporis habeatur, omne id quod unus terminus facile capit, in ſeparatos Receſſus non ſegregabunt, ſed conjunctim unâ vice efferent proferentq;.

a) Cognoſce notata *ad §.81. lit.d.*

b) Sumptum exemplum ex *l.lecta 40.D.de reb.cred.*

c) Vide ſcripta *ad §.90.lit.a.num.2.* An valeat,ut exemplo utar,ſi quis litem ita conteſtetur:Ego ſalvis omnibus exceptionibus & defenſionibus tam realibus quàm perſonalibus ex quacunq; cauſâ & quocunque modo competentibus, litem conteſtando dico,hoc & hoc non fuiſſe ita actum,verùm,&c. unde peto,&c.vide,lege *Wurmſ.tit.24.obſ.32.*

§. 99. Cùm appellanti liberum ſit, quia terminus citationis non circumducitur [a], poſteà etiam quandocunq; velit,intra fatalia tamen proceſſus reproducere, & cauſam pro judicio diſceptare, ambiguus conſilii judex fuit,an appellatus [b] qui citatus eſt,in ipsâ termini periodo,aut poſt ejus interjectum,intra tamen fatalia, comparére, porrectam citationem reproducere, proclama urgere,& lapſis ipſiſſimis ſex juridicis, abſolutionem putam à citatione durantibus conſiſtentibúsve adhuc fatalibus rogare poſſit. Quoniam verò Ordinationis ſancita hîc diſcrimen planè agnoſcunt nullum, & contra per appellantem, adverſum appellatum non comparentem juſtà quamprimũ & indifferenter, intra fatalia puta,tela proceſſus texi queat,impetrantiq; ipſi nihil veniæ aut gratiæ indulgendum ſit,conſilium ſciſcitati ſumus, ut generale [d] Ordinationis conſultum hîc adprimè valeat.

a) Quòd terminorum circumductioni in cauſis appellationum locus non ſit,textus expreſſus in *Receſſ.1566.§.121.* So vil

Digitized by Google

die Appellationen.ad manus eſt. Et ſic obſervandum diſpoſitionem Ordinationis *in §.final.tit.12.part.3.* non militare in cauſis appellationum,ſed tantùm ſimplicis querelæ.Et ita jus commune valet,*Mynſ.2.obſ.63.*

b) Vide *Ordin.part.3.tit.44.in pr. §.ult. §.2.verſ.* Demnach dem/ubi docetur,quî omnibus velut per ſaturam collectis terminis ſimpliciter ſuper actis prioribus concludatur.

c) Vide *Ordin.part.3.tit.45.in pr. & §.1.* Doch ſo er.

d) Appellatus etiam poſt terminum comparens,poteſt petere proclama, ſed illud ex officio non decernitur (velut appellatione deſertâ, ſuper ipsâ deſertione judex pronunciare obnoxius eſt ex officio, *Mynſ.3. obſ.22. Idem 2 obſ.59.* verſ *prædicta tamen, & obſ.ſeq.*) *Mynſ.2.obſ.64.* Illoq; in termino comparente,etſi appellans demùm poſt terminum proceſſus reproduxerit,tamen appellationem proſequi integrum eſt,*Receſſ.anno 1594. §.103.* Wann auch wol.

§.100. Inſtrumentis appellationis coram Notario [a] & teſtibus legitimè interpoſitis, nec in ipſius primi termini apparatu, ut quidem Ordinationis [b] conſultum eſt, prolatis, & formalibus approbatis aut juſtificatis, adverſo præjudicio aut pœnâ notatum fuit,cùm ordinatio certam non efferat aut adſerat; ſed tantùm actis non inlatis, abſolutionem à citatione deſtinet tit.31. §.4. in pr. & anteceſſu [c]. part.3. Viſitationis autem conſulta anno CIↃ IↃ LXIV. ſancita §.30. ſaltem arbitrariam pœnam & ejus quod intererit præſtationem indîcant. Cum verò Ordinatio modicis prætermiſſis non annuat, ſed actis aut documentis [d] requiſitionis non exhibitis,ferè ex conſimili causâ, quòd appellationis forma [e] non probata ſit,pœnam abſolutionis à citatione dictârit,& modò præmemorato caſu ſimili ſtudio cauſa prolata ſit, judiciumq; fruſtra laborem exantlaverit, ſi illa ipſa poſteà non juſta ſatis obſervata & judicata fuerint; Procuratoribusque omne effectu promtum & factu facillimum ſit,quibus inſtrumenta

(ſi

(ſi in parato confecta ſunt) ab ipſo acceſſu ſtatim pro impetratione & rogatione proceſſuum ad manum ſunt,& parti ipſi non ſubſerviant, aut à Notario, ſi uſus eorum,facillimè repeti poſſint,in hanc cauſam deſcendimus,ut Procuratores inſtrumenta appellationis ſub pœnâ abſolutionis à citatione primo termino edere teneantur obligenturq;.

a) In Camerâ non recipiuntur appellationes coram Notariis ex intervallo factæ, niſi in ſcriptis fiant, & Notarii atteſtentur *in his ſcriptis* appellatum fuiſſe. Non ſufficit,verbis appellationem proferre,quæ deinde redigatur in ipſiſſimam ſcripturam, *Mynſ.4.obſ.45.* Si tamen appellatio in Camerâ verbo introducitur,eo caſu, quo à Notario inſtrumentum appellationis haberi non poteſt, & poſteà in termino à Camerâ præfigendo realiter inſtrumentum producitur,appellationi locus eſt, *Mynſ.1.obſ.83.* Vide *Guid.Pap.90.& 436. deciſ.quæſt.56. Hartm.tit.19.obſerv.4. Receſſ.anno 1594. §.99.* Gleicher geſtalt. apertiùs loquitur, Appellatione coram Notario in ſcriptis interjectâ, ſcriptum ſeu ſchedam inſtrumento inſerendam.

b) Eſt *princ.Ordin.* quod flagitat, ut inſtrumentum appellationis,unà cum prioris inſtantiæ actis producatur; quod in interlocutoriis loco libelli vivâ voce repetitur, *Denaiſ.rub.308.n.11. Ordin.part.3.tit.31.§.8.* Vnd ſo fern.

c) Eſt §. Derwegen dann.

d) Superior §. exigit etiam,ut,quàm citò acta ſe judex editurum receperit,documento demonſtretur. adde *Den.rubr.125. num.1.*

e) Formalia ab utroque procuratore,vel adſtruuntur,vel infirmantur, *Den.rubr.36.num.4. Mynſ.3.obſ.15.num.7.* & ad rationem veteris Kalendarii exiguntur, *Den.ibid.num.5.* De actis aliquid adſpergã & ſubſeram,cùm hîc materies ſit. Primùm præceptum & axioma ἀναντίῤῥητον ſit,Actorum editione omnia,quæ vel ante ſententiam, vel ſimul poſteàve exhibita, decreta, geſta fuerint, planè contineri. *Receſſ.1570.§.74.* In den Appellationſachen. *Boër.deciſ.44.num.8.* aliâs judex à quo parti appellanti ad intereſſe tenetur, *Gail.1.obſ.134. Menoch. caſu 176. lib.2. arbitr.*

II. Si judex qui debet edere acta,contumax eſt,non ſtatim fit declaratio pœnæ, neque arctiores compulſoriales: putà ſub

Digitized by Google

pœnâ banni (ſcherffere Zwangsbrieffe) decernuntur, ſed petitio pro arctioribus compulſorialibus & citatione, &c. exhiberi debet. *Gail.1.obſ.134.num.3.*

III. Non rectè quoque ſtatim eventualiter condemnatur judex in pœnas ſimplicium: & arctiores in eventum decernuntur hoc modo, daß er jetzt alsdann / vnd dann als jetzt / in die peen bemeldten Compulſorialen eynverleibt / hiemit declariret / fernere Proceß auch erkandt / rc. *Gail.ibid.num.5.* Aliàs cauſæ editionis actorum, vel pœnæ compulſorialium referuntur inter cauſas extraordinarias. *Ordin.part.3.tit.3.in pr.*

IV. In dubio judicis juramento ſtatur, acta integrè eſſe edita, & pronunciatur, daß er (ſcilicet judex) auf erſtatten Eid ferner acta zu ediren nicht ſchuldig. *Gail.ibid.num.17.*

V. Actorum taxationem, petentibus partibus, judice etiam inconſulto & inaudito Camera moderatur; eoq; nomine monitoria decernit. Et moderatio illa firma, certa, rata erit, *Den.rub.31 §.4.5.* Appellatus acta pro dimidiâ redimere tenetur ſi vult uti communi appellationis beneficio, aut de pretio expenſo cum parte paciſci. *Receſſ.1566.§.122.* Hie beneben. *Mynſ.1.obſ.21.* De actis in ſpoliorum cauſis ex capite protractæ vel denegatæ juſtitiæ ad ipſam Cameram devolutis ſumptu ſpoliatoris edendis, loquitur textus *Ordin.part.2.tit.8.§.13.* Gleicher weiß. *& ſeq.*

VI. Compulſoriales etiam pro edendis rationibus, inſtrumentis, in cauſis privatorum decernuntur, ut *Gail.d.l.* exponit.

§.101. An documenta requiſitionis ſimul junctimque primo termino indiſtinctè periculo damni litis exhibenda ſint, deliberatis incertisq; ſententiis (contra alterius ſtudium alter cenſebat) promptum eſt. Ut igitur Cameræ judicia habeant, quod ex præſcripto noſtro agant ſequantúrve, cùm juſtâ judicii lance rem ponderamus, in hanc ſententiæ partem venimus, ut à concepto expreſſoq; Ordinationis [a] textu, qui documenti requiſitionis primo termino accuratam exhibitionem ſub præjudicio cauſæ exigit, generaliq; collegii decreto [b] anno CIƆ IƆ XXCV. in viſitatione adprobato firmatoque, etiam leviter non abeatur, ſed per omnia ratum gratumq; ſit.

a) Di-

Digitized by Google

a) Dixi *ſuprà* §.3. Derwegen dann. *Ordin.part.3.tit.31.*

b) Eſt conſultum 7. Jul. anno CIↃ IↃ XXCV. ſancitum §. initial. Quid verò dicendum atque adeò probandum, cùm cauſæ legitimæ negligenti ſubveniant, promteque ſuccurrant? Reſtitutio in Cameræ Tribunali innocentiæ ARA atque aſylum erit.

§. 102. Suſpenſos quin etiam honeſtis conſiliis hæc quæſtio tenuit, quæ noſtro Ordinumq; ellogio commiſſa ſubmiſſaq; eſt, quid moris jurisq; ſiet, compulſorialibus unà cum proceſſibus primùm in jure non antè obtentis, an documento requiſitionis cum reproductione citationis opus ſit? Cùm verò Ordinatio [a] ipſa part.3.tit.31. adductiùs ſtatuat, unicè ſufficere, cùm nec Compulſoriales invulgatæ, nec documentum prolatum, ſi primi termini ſucceſſu Compulſoriales efflagitentur, quas ipſas documentum requiſitionis non ſubroget, & facilè fiat, appellantem bonâ ſpe apud facilem judicem edendorum actorum teneri, ſic ut otioſum odioſumq; planè putârit documentum aut Compulſoriales ſolicitè petere; poſtea verò ſpes eluſa & dilata ſit; verbaque plana Ordinationis absque hoc ſermonis ſyllabo, in generali decreto 7. Jul. anno CIↃ IↃ XXCV repetita & innovata ſint. Quæ ad dictam Ordinationem repetita interpretatio nobis auctoribus ſuaſoribusq; conſilii, probatur, & appellanti integra ſervabitur, nec ille documentum requiſitionis, ut infra dictum, impetrare neceſſe habebit.

a) §.10. Es ſollen vnd. verſ. Wo aber. Ordinat, ut præcedentibus prætermiſſis, in primo termino præcisè impetrentur.

§. 103. Magnis quoque ingeniis & ambiguis ſuffragiis accuratum eſt, appellante primo termino quidem comparente absq; ullo documento requiſitionis, quod demùm ſecundo termino, appellato [a] tunc primùm ſe ſiſtente, in publicum profert, quod verò ab appellato

tanquam

tanquam nimis ſerò & poſt feſtum prolatum impugnatur, repudiatur, an ideo abſolutionem petens obſecransq́; audiatur? quod paratâ cognitione decidimus, & conſulimus, ut poſt impetratas Compulſoriales, appellati preces non minus æquis auribus, æquioribus animis accipiantur, audiantur, & abſolutio à citatione pro publico recitetur.

a) Vide notata *ad* §.*99.lit.d.*

§. 104. Si ex actis, primóve termino prolatis uberiùs conſtiterit, judicem acta edere nolle, omnemque ſpem penitùs præripiat, velut ſi excipiat, & nuncio Cameræ id innuat, omiſſio documenti requiſitionis appellanti fraudi non erit, ſed excuſatiùs illud faciet.

§. 105. Cùm disertâ lege hactenus non explicatum ſit, an Nunciorum Cameræ relatio aut executio [a], quæ renunciat judicem ipſum inlatis compulſorialibus obtuliſſe ſe intra certum nominatumq́; tempus ad actorum editionem, vim documenti requiſitionis, fidem veritatis mereatur? quod æquis equidem votis non deliberatum fuit; Ergo Nuncii quos Camera prolixiùs curat, non ſocordes futuri, quandoquidem ad hunc modum factæ actæq́; relationes nomen non ſuſtinent, per ſacramenti religionem devincientur, rogatu appellantium acta rectè riteq́; requiſituros, eamque rem cum reſponſo fideliter enunciaturos, renunciaturosq́.; & ſic demum relationes iſtæ meritis fideq́; pollebunt.

a) Vide ſcripta repetitaq́; *ad* §.*90.*ſupra. *lit.a.num.8.9.*

§. 106. Præterea, appellato abſolutionem à citatione ex causâ & capite non factæ requiſitionis non poſtulante, & ad uberiora & ulteriora deſcendente, illa non ex officio, ſed ut moris jurisq́; communiter eſt, ad preces partis inrogabitur.

§. 107. Mul-

§.107. Multoq; minus appellato per contumaciam abſente, ejus ratio habebitur, & officium in abſolvendo judex impertietur.

§. 108. Appellante verò primo termino documentum requiſitionis non edente, neque appellato contradicente, aut à citatione abſolvi petente, ſed tunc, ubi culpam poſteà adverterit, illud ipſum poſtulante, inritæ preces erunt. Contrà, ſi primo ipſo termino rogetur, vel ad proximam, quoádve appellato aliud agere integrum fuerit, exquiratur, eædem recipientur.

Spero, imò confido, præcedentes hoſce §§. lumen mutuaturos & fœneraturos à clarâ appellationis luce. Itaque συνόμως appellationum materiem delibabimus, & reponemus. Anticænia, more majorum, ſint. A quibus cauſis appelletur. Quod ut meliùs uberiusq; cognoſcatur, brevi hac tabellâ inſigniora compono. Primò itaque appellatio ſuccedit à definitivâ, quam lineis veris fictam depictamq;, vide apud *Mynſ.3.obſ.88. Gail.1.obſ.130.* In appellationibus à definitivâ vel earum inſtar habentibus inhibetur indiſtinctè: excepto 1. ſi, cum poſſeſſorio retinendæ agatur, appellatus ſe poſſidere contendat. 2. vel ſi jurisdictio etiamnum dubia. 3. vel ſi appellatio ipſa jure communi reprobetur. *Receſſ.anno 1594.§.100.* 2. ſuccedit ab interlocutoriâ, ejus definitionem cape ibidem, apud *Gail.noſtrum etiam 1.obſ.129.& Mynſ.* Et appellans ab interlocutoria, poteſt iterum appellare à definitivâ, ſi judex à quo procedit ad ſententiam, *Hartm.tit.19.obſ.18.* Appellationi autem ab interlocutoriâ non ſemper judex deferre tenetur, quia tunc fit querela tantùm de iniquitate judicantis; In definitivâ ſecus eſt, quia propoſita ibi eſt victoria ex novis probationibus, *Hartman.tit.19.obſerv.13. Gail.1.obſerv.144.num.5.* Valet conſuetudo & ſtatutum, ut ab interlocutoriâ vivâ voce (ſicut in Bavariâ *teſte Mynſ.1.obſ.66.* moris eſt) in continenti appelletur, *Angel.conſ.267.num.1. circa fin.* Eadem ratione valet ſtatutum mosq; ille, ut à definitivâ ex intervallo vivâ voce appellari poſſit. Et ſufficit, in obtinendâ citatione, ut *Gail.d.obſ.130.nu.4.* ediſſerit, nudam conſuetudinis allegationem promere: quia de ejus veritate poſteà in puncto competentiæ vel devolutionis disputari poteſt. In Camerâ olim etiam in recipiendis appellationibus ſuper competentia judicis disceptationes an ſit ſententia

lata interlocutoria, vel definitiva, non tam accuratè attendebatur; ſed indiſtinctè appellationes vivâ voce in continenti factæ recipiebantur, *Gail.d.l.num.10.* Nunc conſultum *Receſſ. anno 1594 §. 98.* **Vnd demnach dem.** ubertim monet, ut ab iſtâ ſententiâ competentiæ, præterquam ubi ſtatuto, conſuetudine, privilegio diverſum obtinuerit, in ſcriptis appelletur. adde *Ordin. part. 3. tit. 3. in pr. vide Hartm. tit. 19. obſ. 23. n. 5. 6.* Effectus ab interlocutoriâ eſt, quòd judex, ſi pronunciat bene appellatum, &c. non remittat principalem cauſam, ſed ea ipſa devoluta ſit. Si pronunciat, bene judicatum, & judex inferior detulerit appellationi; tunc, ſi velit remittere, opus eſt expreſſâ remiſſione. Aliud eſt, ſi non detulerit, quia tunc facultas cognoſcendi de causâ principali ad judicem à quo revertitur. Quomodo judex ad quem, ſi cognoſcat appellationem eſſe frivolam, appellantem remittere debeat ad judicem à quo, vide *Wurmſ. tit. 24. obſ. 27.* adde *Mynſ. 2. obſ. 4. 6. obſ. 49.* In Camerâ remiſſiones ſemper hîc expreſſè fiunt. Forma ſententiæ talis eſt, ſi confirmetur, pronunciamus, bene judicatum, & malè appellatum, **Vnd daß ſolche ſach / an Richter voriger inſtantz zu remittiren vnd zu weiſen ſey / als wir ſie auch hiemit remittiren vnd weiſen.** Quod ſi retrectetur ſententia, pronunciatur, **Vnd wollen die Parteyen ein ander ſpruch vnd forderung nit erlaſſen / daß ſolches an diſem Kaiſerlichen Cammergericht gehört werden / vnd ferner darauff ergehen ſolle was recht iſt.** *Gail. 1. obſ. 131. Mynſ. 4. obſ. 46.* Quomodo per appellationem ab interlocutoria judicis jurisdictio ſuſpendatur, & non fiat inhibitio, vide *Hartm. tit. 19. obſ. 12. Gail. 1. obſ. 130. nu. 6. idem obſ. 144.* Conſule *Receſſ. anno 1594.* §. **Wo aber.** ubi, ſi evidens moræ periculum damnúmve irreparabile ſit, jam tum probatum, inhibetur. aliâs etiam ſi judex appellationi deferat, licet hoc caſu non ſit opus inhibitione, quia deferendo judex jurisdictionem abdicavit, tamen in Camerâ ad partis petitionem, cùm cautela nihil noceat, inhibitio conceditur, *Gail. 1. obſ. 144. num. 3. Mynſ. 2. obſ. 49.* notat, appellationem ab interlocutoriâ non admiſſam, niſi etiam ab iſtâ non admiſſione provocetur, pro deſertâ haberi.
3. Succedit & appellatio à gravamine extrajudiciali. adhibe hîc *Weſenb. conſil. 1. num. 19.* Dupliciter autem extrajudicialis appellatio conſideratur. Primò, quando non appellatur ab ipſo judice, tanquam parte, ſed ad alterius partis inſtantiam extrajudicialiter procedente. Secundò, quando appellatur à judice tanquam parte extrajudicialiter agente. Primò caſu appellatio ad

Cameram

Cameram ſpectat, & recipitur contra eos, adverſus quos Camera habet juriſdictionem immediatam, *Mynſ.4.obſ.43.num.3.4.* Subditi gravati extra judicium decretis, mandatis, &c. quod appellent, vide *Receſſ.anno 1594.§.101.* Aber nach dem. *&* *§.102.ſeq.* Darumb ſetzen. edocet, gravamen priùs veriſimiliter probandum, & à magiſtratu tanquam judice illatum, demonſtrandum eſſe. Et hîc inhibitio quoque ceſſat, *Natta conſil.506.n.14. vol.3.* incipit. approbo concluſionem, *Gail.1.obſ.144.num.8. idem 1.obſ. 120.num.5.* In illis extrajudicialibus appellationibus quando inhibendi jus ſit, vide *Receſſ.1594.§.101.* verſ. Als ſol auch. Scilicet cùm de juriſdictione fundatâ, & appellatione ritè interpoſita atque introducta, lite conteſtata, aut ſaltem audita altera parte conſtiterit. adde *Frid.lib.2.cap.27.num.9. Mynſ.3.obſ.87. Wurmſ. tamen tit.24.obſ.9.obſervat.num.3.* effectum eſſe ejus appellationis extrajudicialis, ſi quis timet ſe moleſtari, turbari ſeu ſpoliari poſſeſſione ejus rei quam habet, ut omnia poſteà contra eum attentata revocentur per viam attentati. Et ſimilem provocationem extrajudicialem vidit ſemel practicari *Wurmſ.ibid.num.4.* & fuit producta provocatio vulgaris in modum qui ſubſequitur:

Nach dem in allen Rechten/fürſichtiglichen/klärlich vnd offentlich verſehen vnd geordnet iſt/ daß niemands dem andern an ſeinem poſſeſſz/oder quaſi poſſeſſz/gerechtigkeit/nutz vnd gewar/hindern/irren/turbiren/oder deren gantz oder zum theil entſetzen/vnd alſo in ſeinen eignen ſachen jhm Recht ſprechen/vnd Richter ſeyn ſol/vnd aber die N. vnd N. vil jahr/vnd lenger dann menſchen gedencken in gerůhigem poſſeſſz oder quaſi, nutz vnd gewar geweſt/vnd noch ſeyn/nemlich N. vnd N. Et nota, quòd omnia bona ſpecificanda ſint, juxta notata in c. bonæ de appell. Vnd ſonſt im gebrauch/poſſeſſz oder quaſi poſſeſſz beſeſſen/vel quaſi beſeſſen/genützt/vñ gebraucht/vnd noch haben. Deßwegen N. oder N. oder ſonſt jemand anders ſampt oder ſonderlich nicht gezimet oder gebürt/die gedachten N. vnd N. an obgemeldten gerechtigkeiten/poſſeſſion oder quaſi, nutz vnd gewar irren/hindern/turbiren/oder ſie derſelbigen gantz oder zum theil entſetzen oder ſpolieren/vnd alſo in jhr eigen ſachen recht ſprechen/vnd Richter ſeyn. Demnach/ꝛc. ſo appelliren oder provociren wir obgemeldten N. vnd N. in der aller beſten vnd beſtendigſten form/geſtalt/vnd weiß/ſo wir das thun können oder mögen/vnd zu thun ſchuldig ſeyn/daß N. oder auch ſonſt jemand anders von ihrent/oder ſeinet ſelbſt wegen vns

vilgenanten N. vnd N. in obangezeigten gerechtigkeiten/vnd derſelben poſſeſſion/ oder quaſi, nutz vnd gewar nicht irren/hindern/turbiren/oder derſelben ſampt oder ſonder/ gantz oder zum theil entſetzen/oder ſpolieren/auch von allen andern beſchwerniſſen vnd gravaminibus, ſo obgedachter N. vnd N. oder ſonſt iemand anders von derſelben/oder ſein ſelbſt wegen theten/zufügen möchten/an den Allerdurchleuchtigſten/ꝛc.

Secundo caſu, quando appellatur à judice, tanquam ipſiſſimâ parte, quæ partem adgravet, appellatio non ad Cameram promovenda eſt, ſed gravatus, ſi vult, judicem aut Magiſtratum Principem in primâ inſtantia coram ſuo judice convenire debet, hoc eſt, coram judicibus Ordinationis (vermög der Außträg) ne per hujusmodi extrajudicialis appellationis proventum, fraus accidat privilegio primæ inſtantiæ. *Receſſ. anno 1594. §.* Darumb ſetzen. 102. verſ. Sonſten aber vnd im fall. Quî ante ipſam ſententiam appelletur, exige ab *Hartm. tit. 19. obſ. 19.* 4. Sententiarum trium conformium exceptio, quæ ex *tit. C. ne liceat tert. appell. & c. cum ſuper. de re judic.* convenit competitq;, contra appellationem in Camerâ non attenditur, *Mynſ. 1. obſ. 15. 3. obſ. 84. Gail. 1. obſ. 72. num. 3.* Disſent. *Frid. lib. 2. cap. 27. num. 6.* limitat *Beſold. de appell. c. 6. num. 25. & ſeqq.* Quòd etiam quælibet pars poſſit appellare ſuper eodem articulo, & ſuper diverſis una eademq; in unâ cauſâ, expedivit *Wurmſ. tit. 24. obſ. 25.* Nec exceptio nullitatis contra trium ſententiarum executionem ſpernitur, ſi nullitas in continenti probari poſſit, *Gail. 1. obſ. 42. nu. 11 12. Old. conſil. 106. Socin. conſil. 78. libr. 3. Roland. de Valle conſil. 29. num. 44. & conſil. 37. num. 14. lib. 1.* vide eundem *1. obſ. 72. num. 4.* aut excipiatur de incompetentiâ judicis, quæ exceptio etiamſi altiorem indaginem requirat, advertitur, *Zaſ. in l. 4. §.* condemnatum. *D. de re jud. num. 10. Mynſ. 6. obſ. 4.* 5. Tertius etiam, quando ignoravit ante ſententiam cauſam agi, à tertiâ ſententiâ appellare poteſt. Secus ſi conſtitit, *Hartm. 5. obſ. 10. num. 9. Gail. 1. obſ. 72. num. 2. Gail. 1. obſ. 70. num. 25. 1. obſ. 71. num. 13. Covar. pract. quæſt. cap. 15. num. 3. 4.* Tertius autem ad cauſam per alium cœptam poteſt intervenire variis modis. 1. ad impediendum, vel removendum agentem vel defendentem. Itaque agenti conſultum eſt, quando intelligit extra judicium tertium quendam jactare ſe aliquid juris habere ſuper re litigioſa, ut eum citari faciat, ad comparendum, & adſiſtendum liti, jusq; ſuum deducendum & proſequendum, ut una ſententia lis cœpta finem accipiat. Et ita

ſæpiùs

ſæpiùs ad inſtantiam actorum vel appellantium, citationes in Camerâ decretas commeminit *Gail.d.obſ.70.num.26.*

2. Ut tertius agenti adſiſtat. Licet enim quis non appellaverit, poteſt tamen intra decendium adhærere alterius appellationi, *Hartm.d.tit.num.11.Gail.1.obſ.122.num.4. Gail.1.obſ.126.num.3.* ubi tradit memorabili præjudicio, ad ipſum Marchionem Georgium Fredericum appellantem pro ſuo intereſſe, anno 1564. cauſam ſubditi ſui, remoto principali, tanquam judicem ordinariaum remiſſam fuiſſe.

3. Ut cauſam ab alio in judicio deductam agat & proſequatur. Nam cùm jus per interventionem quæſitum ſit, principalis illud deſiſtendo, transigendo aut renunciando, vel appellatione desertâ, ei auferre non poteſt, *Gail.1.obſ.70.nu.5.9.10.14. Hartm. d.tit.obſ.10.num.9. Frid.lib.3.c.16.* Interventio etiam locum poſcit, etiamſi cauſa delegata ſit, *remotâ appellatione. Gail.1.obſ.70. num.12.13.1.obſ.72.num.5. Vant. in tract.de nullit.tit.quis poſſ.dicere de nullit.num.15.Decian.conſ.664.num.7.* Quando verò tertius pro ſuo intereſſe appellat, principaliter, requiritur, non ſolùm ut appellet intra decendium, ſed gravamina nuncupatim ſignet conſignetq́;, *Gail.1.obſ.122.nu.5.* vide *Hartm.alleg.l.nu.11.12.* Hocque caſu ſententia ipſa formaliter in tertium ipſum concipienda eſt, *Gail.ibid.num.8.*

4. Ut impediat ſententiæ executionem, *Hartm. d. l. num. 5.* Exceptiones novationis, ſolutionis, & ſimilium etiam in executione opponi poſſunt, *Gail.1.obſ.32.91.Zang.de except.in general.* Si autem ſententiæ executio fiat ſuper eâdem re quâ ſententia lata eſt, tertius non impedit executionem, ſed ei cavebitur de indemnitate, *Mynſ.3.obſ.73.num.5. Gail.1.obſ.70. num.15.* Secus ſi executio facienda ſit in re non petitâ. Idem *ibid.num.8.9.Gail.1. obſ.70.num.21.* Diſtinctione eleganti inter rem vacantem & non vacantem quæſitum hoc expedit, idem *Mynſ.num.4.6.* de aliis quæſito ſubſervientibus, vide eundem. Adhibe *Vant.tit. quot & quib.mod.null.nu.29.& ſeqq. Frid.lib.3.de contin.cauſ.c.9.nu.8.9.* Tertius etiam, exempli causâ, interveniens in judicio poſſeſſorio, ſaltem ſummariè de ſuo intereſſe debet docere, *Hartm.d.l. num.2. Mynſ.2.obſ.1.num.3. Gail.1.obſ.69.num.3. & ſeq. 1.obſ.70. num.23.* Et jus tertii non debet eſſe ſeparatum à jure principali, aliâs articuli interventionales procul abjiciuntur, *Gail.1.obſ.69. num.2.* Cumq; actoris partibus fungatur interveniens, non poteſt forum declinare petendo ſe remitti ad ſuum judicem. Judi-

cem tamen ſuſpectum recuſare valet, etiam poſt litis conteſtationem, *Gail.1.obſ.71.num.7.8.* Limita juxta *Mynſ.5.obſ.14.6.obſ.33.* An autem publicatis atteſtationibus tertius ſuper iisdem, vel directò contrariis articulis alios teſtes producere poſſit? *Gail. ibid. num.14.* diſtinctione hâc enucleatiùs adſerit, an ſcilicet tertius principaliter pro ſuo intereſſe compareat, ad removendum videlicet agentem, vel defendentem, an verò tertius adſiſtat, & adjuvet tantùm. Priori caſu vera eſt vulgata diſtinctio ſcientiæ & ignorantiæ. Altero, nihil nocet ſcientia, neque prodeſt ignorantia. & ſecundum eam ſententiam in regio Granatenſi prætorio ſæpiùs judicatum, teſtatur *Covarr.pract.quæſt.c.13.cum ſeq.per totum.*

6. Appellatio ſuccedit ab arbitris, & retractante vel confirmante laudum, *Gail.1.obſ.149.num.4.* Luce ſuâ radiat, ab arbitris ſtatutariis, ut ſi conſanguinei cogantur compromittere, cùm jurisdictionem habeant, planè appellari, *Mynſ.4.obſ.68.* *Wurmſ. tit.24.obſ.6.num.5.* Ab arbitris juris qui cognoſcunt de cauſis recuſationis, ad quem aqpelletur, avebis legere *Gail.1.obſ.33.n.18.* Et appellatur ab arbitris ad Cameram, omiſſis judicibus Ordinationis, putà **der Auſ;träg.** Intellige quando is, contra quem petitur reductio, ſit Imperio immediatè ſubjectus, aliâs judex partis, non laudantis reductionem petentis adiri debet, *Gail. 1. obſ.1.num.49.idem 1.obſ.149. Alexand.conſil.131.num.1.volum.2. Molinæus ibidem. Mynſ.2.obſ.61.* Reductio autem ab arbitratoribus intra 30. annos receptâ ſententiâ in Camerâ peti poteſt, *Gail.1.obſ.50.num.2.* adde *Angel.conſil.315. Dec.conſil.39. num.6. Socin.ſen.conſ.220.num.2.Pariſ.conſ.45.num.59.vol.1.* Et cautela eſt pro petente reductionem, ut in libello ſimplici pro obtinendâ citatione, enormiſſimam læſionem, vel manifeſtam nullitatem alleget, ſeq; ad acta referat, *Socin.ſen.conſ.24.num.8.volum.1. Decius conſ.533.num.1. Bald.conſ.380.volum.1. Wurmſ.tit.24.obſ.6. nu.4.Zaſ.conſil.12.num.38.* Prædicta procedunt in compromiſſo pœnali, vel ſtipulatione firmato, aut ſi adjecta ſit clauſula *Rato manente pacto*, quo caſu, non licet appellare, ſed ad pœnam, vel intereſſe, quod loco pœnæ ſuccedit, ex ſtipulatione agi poterit. Aliud eſt, ſi nudo pacto compromiſſum ſit; nam tunc ceſſante proviſione hominis, obtinet proviſio, *l.cùm antea. C. de recept. arbitr.* & locum habet emologatio tacita, puta per lapſum decendii, vel expreſſa, ut ſi partes laudo acquieſcant, hoc eſt, ſententia arbitri tranſit in rem judicatam, & oritur actio in factum, *Gail.1.obſ.150.num.13.14.*

7. A Commiſſariis Cæſaris, vigore Ordinationis, hoc eſt, ſecundùm privilegium primæ inſtantiæ, der Außträg datis, immediatè ad Cameram appellatur, *Ordin.part.2.tit.6.* Secus obtinet in Commiſſariis de quibus *Gail.1. obſ.121. num.1.* perviam memorat.

8. In cauſis beneficiariis ſive feudalibus quoque appellatur, ſed gradatim quoque. Quòd, ſi quidem proximus ſit ſuperior, videlicet dominus mediatus, tunc ad eum appellatio promovebitur, tam à paribus quàm à domino: ſin verò non ſit ibi proximus ſuperior, tunc appellatio debet fieri ad dominum Tribunalis, nempe Ordinarium cui res ſubjecta eſt, *Hartm.tit.19.obſ.25. Mynſ.5.obſ.5.Gail.1.obſ.1.in fin.* Quòd ſi, judex qui paribus adjunctus eſt, ſi ſpecialis alicujus cauſæ feudalis commiſſarius, & non generalis: hoc caſu à delegato ad delegantem appellatur, *l.1. qui & à quib.app. lice.* Secus autem ſi Princeps aliquis generalem ſtatuiſſet judicem cauſarum feudalium: tunc enim omiſſo Principe, ad Cameram appellatur. Hoc tamen caſu, *Mynſ.5.obſ. 89.num.4.* vidt admiſſos eſſe articulos, in quibus aſſerebatur, notum eſſe, & ab ultimâ memoriâ introductum, ut à judice feudali Epiſcopi Bambergenſis ad ipſum Epiſcopum appellaretur, non ad Cameram: idemq; in Monaſterienſi Epiſcopatu obtinere volunt. adde id lucem hujus §.8. *Mynſ.1.obſ.99.4.obſ.89.5.obſ. 75.6.obſ.19.Harm.tit.54.de feud.obſ.21.22.36.41.42.* Quî à decreto torturæ infligendæ appelletur, vide *Farinac.* rerum criminalium peritiſſimum *quæſt.38. lib.1.nu.10.11.de ind.ad tort.Clar. quæſt.64.§.fin.* Similiter à comminatione torturæ, & à decreto geminandæ torturæ, eundem *Farinac.d.quæſt.38.n.15.18.Gomez. c.13.num.23.* de delictis.

9. Appellatur à ſuſpecto, ſi ad ulteriora procedat, *Capella Tholoſ.deciſ.478.Gail.1.obſ.33.num.12.Hartm.tit.19.obſ.27.*

10. A delegato, *Gail.1.obſ.121. num.2. Wurmſ. tit.24.obſ.5.* à ſubdelegato, *Hartm.tit.19.obſ.28.*

11. Ab abſolutoriâ ab obſervatione judicii, *Wurmſ. tit.24. obſ.24.* Quæ definitiva dicitur, ſi oblatâ ſolutione ante ſententiam condemnatoriam, reus ab actione injuriarum abſolvatur, *Gail.2.obſ.19. num.6.7.* ſi abſolvatur aliquis ab obſervatione judicii, qui aliàs fuit abſolutus in eadem, vel, quia occiſus, cujus non fuiſti acuſatus, impunè offendi poterat, *Wurmſ. tit.22. obſ.10.num.2.* adhibe ultrò *Gail.1.obſerv.130.num.8.1.obſerv.133. num.5.*

12. A ſententiâ impoſitionis ſilentii, niſi contumacia ſit manifeſta, & expreſſa, *Gail.1.obſ.132.* latiùs & certiùs.

13. A deſertionis ſententiâ, *Wurmſ.tit.24.obſ.17. Gail.1.obſ.137.num.4.* vide *Rauchbar.quæſt.14.*

13. A competentiâ, vel incompetentiâ, *Hartm.tit.11.obſ.23. Mynſ.3.obſ.35. vide ſcripta ad §.83.lit.c.*

14. A ſententiâ in poſſeſſorio plenario, non momentaneo, *Menoch.de retin.poſſeſſ.remed.8.quæſt 17. & ſeqq. remed.4.n.840. & 863 Cavall.quæſt.15. Cacher.deciſ.25. Covarr.quæſt 23.num.8. Gail.1.obſ.7.num.7. 1.obſ.6.num.7. 1.obſ.147. num.8.* ubi ſtatuit & ſeriò perſuadet, ſtatuta, quibus victor ſtatim poſt definitivam in poſſeſſionem rei litigioſæ mittitur, præſtitâ idoneâ cautione de reſtituendâ re cum fructibus, caſu, quo ſententia per judicem appellationis foret retractanda, ſummâ æquâq; ratione niti atq; eniti, propter poſſeſſorum malitiam, qui totis viribus eò incumbunt, ut appellando cauſam in infinitum extrahant, liteſque faciant immortales. Decernitur autem in poſſeſſoriis ſummariis Inhibitio 1. quando poſſeſſor cōdemnatus appellat 2. quando res ad arma ſpectat, utrâq; parte poſſeſſionem probabiliter docente. 3. quando dubia eſt poſſeſſio, & utrâq; pars titulum poſſeſſionis lubricū dubiúmve habet, *Mynſ.2.obſ.96. Gail.1.obſ.5.* 4. quando ꝓjudiciū appellantis irreparabile vertitur, *Gail.1.obſ.145.* 5. quando in poſſeſſoriis ab executione appellatur, *Fric.lib.2. de mand. cap.7.num.8.* adde *Guid.deciſ.37.num.1. Mynſ.6.obſ.13.* ubi promit declarationem *l.un. C. ſi de mem.poſſ. Wurmſ.tit.24.obſ.12.* ubi in caſu *l.2. & fin.C.de edict. Div. Adr. tollend.* appellationem vindicat, *Hartm.tit.19.obſ.24.num.4 5.6.* Summatim, ubicunq; non poteſt appellari à ſententiâ in poſſeſſorio, poteſt de nullitate agi. Quòd in cauſis beneficialibus (obiter id adnoto) ad Papam per viam appellationis devolutis, poſſet appellans, vel appellatus ſuſpendere petitorium utriuſq; partis etiam à ſe nonintentatū, & intentare poſſeſſorium antè non propoſitum in primâ inſtantiâ, vide *Clem.un.de cauſ.poſſ.* Quid in cauſis prophanis obtineat, vide *Rot dec.205. in novis Abb.in c.paſtoralis.de cauſ.poſſ. & propr.*

15. Appellatur à primo & ſecundo decreto, *Wurmſ.tit. dicto* & vulgatiſſimo *24.obſ.15.* Sic ſi miſſio in poſſeſſionem talis eſſet, ut miſſus interim lucraretur fructus, appellatio pariter licita eſt, *Angel.conſ.252. & Affl.deciſ.77.*

16. Ab executione, cùm non ſervatur modus & ordo in exequendo, *Wurmſ.tit.24.obſ.10.* Quo caſu res mobiles ſequeſtrantur,

tur, *Gail.1.obſ.147.num.8.* Debet tamen hujusmodi appellatio interponi in ſcriptis cum cauſæ expreſſione ex voto ſententiâq; Cameræ, quam expendit, *Mynſ.3.obſ.32.* Clauſulâ verò *appellatione remotâ* ſolus Princeps utitur in reſcriptis, quod tamen intelligitur, quando removetur appellatio à definitivâ: Secus ſi ab interlocutoriâ, quia tunc etiam inferior à Principe poteſt uti clauſulâ iſtâ; Effectus ejus eſt, ut ſi victus appellet, judex exequi poſſit, *Mynſ.1.obſ.3.* Atque hæc de cauſis appellationem paratiſſimam admittentibus præmiſimus, & ſubmiſimus; nunc Appellationis *curſum* (quem ſuprà ſparſim in multis trivimus & alibi teremus) dabimus disſertabimusq;.

I. Si pluries quis appellârit, ſtat in ipſius arbitrio, quam appellationem velit proſequi. Unâ tamen electâ, reliquæ concident, *Mynſ.1.obſ.7.*

II. Hodie in omnibus cauſis ad Cameram devolutis, litis conteſtatio requiritur, ſive ab interlocutoriâ, ſive à definitivâ appellatum ſit, & ſi non fiat, judex ex officio factam concluſionem reſcindit, *Gail.1. obſ.76.num.3.* adhibe *Den.rubr.306.nu.2.& n.7.* Cammergerichtsordnung *part.3.tit.32.§.4.Mynſ.1.obſ.1.num.6.* Quando tamen partes ſunt præſentes, litis conteſtatio in ſecundâ appellationis inſtantiâ non eſt neceſſaria, *Mynſ.1.obſ.38.Gail.1. obſ.77.* Sic; ſi bis provocatum ſit, & Camera ſit tertia inſtantia, omiſſa litis conteſtatio in ſecundâ causâ appellationis, ſententiam non vitiat, *Gail.1.obſ.76. num.5.* Et *Guid.deciſ.369.num.1.* tradit planè, in Conſiſtorio Delphinali omiſſionem litis conteſtationis non pervertere proceſſum. Si pars verò conventa litem in eventum conteſtetur, nempe cum illâ obteſtatione, ſi & in quantum exceptiones ab eâ objectæ rejiciantur per interlocutoriam judicis, non aliâs, Camera iſtas litis conteſtationes pro puris acceptat, & partes ad ulteriorem progreſſum proceſſumq; admittit, *Mynſ.3.obſ.74. num.6. Gail.1. obſ.73.num.5.6.* De litis conteſtatione ipsâ quî rectiùs dividatur, & deſcribatur, vide exactè disſerentem *Anton.Matthæum* J*Ctum diſput.7.* de Fundamentis juris, *num.97.& ſeqq.*

III. Ex prorogatione partium etiam de principali causâ non poteſt cognoſci, priusquam pronuncietur, ab interlocutoriâ bene appellatum fuiſſe, *Mynſ.3.obſ.79.Gail.1.obſ.136.qui n.3.* cautelam adfabrè promit, ut appellati coram judice appellationis renuncient puncto appellationis, petantq; appellantem compelli, ut in principali, omiſſo puncto appellationis, à ſententiâ inter-

locutoriâ procedat:cui petitioni judex, maximè ſi tergiverſationem appellantis animadvertat,ſuffragabitur.

IV. Inſinuatio appellationis poteſt etiam fieri extra judicium, *Mynſ.2.obſ.12.* & rectè appellati procuratori fit inſinuatio, ſi habeat mandatum ſpeciale ad cauſam in quâ appellatum eſt, *Mynſ.2. obſ.17.* Quamvis præcisè non requiratur, *Ordin. part.2. tit.29.* §. Item/ſo ſol. Fieri tamen inſinuationem hanc,admodum utile eſt. Alioquin lis ſuo Marte porrò decurrit, & judex à quo impune ad executionem procedit,quæ non infringitur, niſi per viam juſtitiæ, ſcilicet ſi appellans deinde cauſam evincat, *Mynſ.4.obſ.44. Hartm.tit.19.obſ.7.& obſ.8. Mynſ.2.obſ.17. Den. rubr.28.num.2.Mynſ.2.obſ.85.*

V. De jure communi appellans ſi intra terminum ſtatutum non petat literas dimiſſoriales ſeu apoſtolos,appellatio cenſetur deſerta,*Cathar.deciſ.7.Wurmſ.tit.24.obſ.23.Gail.1.obſ.139.n.15. Hartm.19.obſ.1.* Reverentiales ſunt, cùm acta petenti exhibentur & eduntur, cum ſubſcriptione & ſigillo judicis. A refutatoriis denegatá appellatione,quî appellandum,lege *Mynſ.2.obſ.49.* & ſi judex ſpreta appellatione pronunciat,iterum appellandum eſt. Ex novellâ tamen Ordin. Cameræ *part.2. tit.30.* requiſitio dimiſſorialium nullâ cum injuriâ omittitur, *Mynſ.4.obſ.36.per l.2.§.ult.C.de temp.appell.*

VI. Appellatio ad judicem competentem facta valet,licet is diſertè non nominetur, *Marant. de appell.num.120. Soarez in lit. A num.102.* omiſſo judice medio procedit. 1. Si palàm juſtitiam deneget. 2. Si ſit ſuſpectus, & licet tunc judex ipſe pro intereſſe opponat exceptionem omiſſi medii in appellando,tamen non attenditur. 3. Si judex ad ſuperiorem cauſam ſponte remittat. 4. Si conſuetudo extet appellandi omiſſo medio. 5. De jure Canonico omiſſo medio appellare licet ad Papam. Si tamen appellatus petat ſe remitti ad judicem immediatum remittendus eſt, *Guid.Pap.deciſ.436.nu.48.Mynſ.1.obſ.67.idem 2.obſ.4.Gail.1. obſ.119.num.2. Ordin.part.2.tit.29.in princ.* Appellari etiam ad ſuperiorem debet, etſi judex inferior ſecundùm ejus conſilium & ſententiam pronunciaverit, ut olim reſpondit Theodorus Linck/ Ordinarius Heidelbergenſis. *Hartm.tit.19.obſ.5.n.2.3.4.* In dubio autem intelligitur gradatim appellatum, *Wurmſ. tit. 24.obſ.7.num.2.* & ſic non opus eſt, ut judex appellationis in individuo exprimatur.

VII. Appellatus victus,qui in priori inſtantiâ pro ſe ſenten-

tiam obtinuit non reficit expenſas, *Wurmſ.tit.24.obſ.26. Gail.1. obſ.152.per totum. Mynſ.2.obſ.89.* diſtinguit, an ex novis probationibus & actitatis factum proprium concernentibus in cauſâ appellationis ſuccumbat, an verò ex iisdem ſeu prioribus actis. Expenſæ iſtę à quo tempore æſtimandæ, vide *Hartm.tit.18.obſ.7. num.7.*

VIII. Judex appellationis præcisè ita non concipit ſententiam, benè vel malè appellatum, vel judicatum. Sed poteſt his omiſſis condemnare vel abſolvere ex cauſâ: *Wurmſ.tit.24.obſ. 28.* vide pro bono *Hart.tit.18.obſ.6.per tot. Gail.1.obſ.2.n.4.* an revocatio ſententiæ requirat judicis citationem, vide *Mynſ.3.obſ.82.*

IX. Attentatorum cauſa (eſt enim appellationis effectus ſuſpenſivus etiam, quo executio latæ ſententiæ ſuſpenditur) cum principali in Camerâ vel junctim decurrit, nec altera alteram præpedit; quo caſu libellus exhibetur & lis deſuper conteſtatur: ſi tamen in cauſâ attentatorum, priusquam principali concludatur, judex ſuper attentatis non expectatâ concluſione cauſæ principalis pronunciare poteſt; quod eſt intelligendum de attentatis quæ ſeparari poſſunt, non aliis, ut in caſu *l.chirographi.§.1.D.de adm.tut.Gail.1.obſ.146.à num.1. Mynſ.1.obſ.26. Ordin.part.3.tit. 31.§.12.* **Vnd dieweil.** quæ tamen de pronunciatione nihil disponit. An in cauſâ principali ſi concluſum antè ſit, indefinitâ attentatorum pronunciari poſſit, docet *Mynſ.3.obſ.33.* Notoria attentata vel in continenti probata antè omnia revocantur, vel inhibitionis pœnâ vindicatur. Vide *Receſſ.anno 1570.§.96.* qui poſcit, ut in attentatorum, inhibitionumq; cauſis, litis conteſtationi ſeparatoq; proceſſui locus non ſit, ſed implorato judicis officio, factum in articulos digeratur, vel ad probationes concluſionemq; properetur. adde *Wurmſ.tit.24.obſ.19.num.2.Ordin.part.3.tit.3. in princ.* Forma pronunciandi ſententiam, quæ interlocutoria eſt, *Gail.1.obſ.130.num.8.* ſi appellatus, vel judex à quo pendente appellatione attentent, hæc eſt, **In ſachen B. Appellanten wider C. Appellaten / iſt erkent / daß gedachten Appellaten / auch Richter voriger inſtantz / gedachter maſſen zu attentiren nicht gezimt noch gebürt / ſonder daran zu vil vnd vnrecht gethan haben / vnd derwegen ſolche attentaten zu revociren / vnd aufzuheben ſeyen / als wir ſie auch hiemit revociren / aufheben / vnd daß gemeldte Appellat vnd Richter / ſich hinfüro dergleichen attentirens enthalten /** (quæ inhibitio eſt ſtricti juris, *Frid.lib.de mand.cap.27.num.4.*) **mit dem anhang / Wo ſie dem alſo nicht**

nachkommen werden/daß alsdann auf des gegentheils ferner anrüffen/der declaration pœnæ inhibitionis halben/ergehen ſol was recht iſt. Darzu berürte Appellaten vnd Richter in die gerichtskoſten derhalben aufgelauffen/ jhme dem Appellanten/ nach rechtlicher ermeſſigung zu entrichten/ vnd zu bezahlen fellig ertheilen. *Gail.1.obſ.146. num.16.* In uſu forenſi & practicâ tenendum eſt, ſi appellans aliquid pendente appellatione innovet, aut appellationi contrarium attentet, quòd hoc caſu, appellatus, libellum attentatorum exhibere non debeat, ad eum effectum, ut attentata revocentur, ſed, ut probatis attentatis, judex appellationis cauſam tanquam deſertam, pro executione ad judicem à quo remittat, *Gail.1.obſ.146.num.15.Mynſ.2.obſ.50.idem 3.obſ.22. num.6.* adde *Ordin.part.3.tit.3.in princ. Menoch.caſ.17. arb.jud.lib.2.* Non autem pro attentatis habentur, ad cauſam principalem & continuandam poſſeſſionem ſpectantia, *Denaiſ. rub.43.num.5.Schurff.conſ.27.num.5.cent.5. Maſcard.concl.1278.* & cùm tertius aliquid innovat, vel attentat, *Gail.1.obſ.72.num.6. & obſ.144.num.9. Gail.1.obſ.145.*integerrimâ. Unde in Camerâ, ſi inhibitio eo caſu judicialiter, per viam ſupplicationis petatur, pronunciari ſolet, Iſt dem Supplicanten ſein begeren/in der Supplication den tag eynkommen beſchehen/hiemit abgeſchlagen / vnd mögen ſonſt die Parteyen/in der hauptſachen/ ob ſie wollen/ fürderlich fortfahren. *Gail.eâd.num.4.* Fallit illud, in ſuſpecto de dilapidatione, quo caſu cùm à definitivâ appellatur ſequeſtratio fructuum naturalium & civilium, videlicet penſionum, permittitur. Quæ tamen probari debet. Vide etiam aliam limitationem apud *Alex.conſ.163. num.1.vol.6.* Quòd aliâs autem ſequeſtratio rei tempore perituræ lite pendenre permitti debeat, vide *Gail.1.obſ.147.* planâ, plenâ; & conſule *Mynſ.2. obſ.11. 5.obſ.35.* adde *Ordin. part.3. tit. 3. in princ.* Nota ὡς ἐν παρόδῳ judicem etiam à quo provocatum eſt, attentata revocare poſſe, *Covarr. quæſt.23.num.1. Frid.lib.2.cap.27. & 47.* ſi appellationi detulit.

§. 109. Diverſimodè (altrovorſum enim Cameræ conſulti abierunt) ad capita conſilii relatum eſt, an ipſe actor, reo non vadato, primo termino ab ſcisè libellum [a] edere jubeatur? Itaque primis conſiliorum argumentorumq; ubertim cognitis, ea ratio prompta viſa eſt & commo-

commoda, cùm Ordin. Cameræ tit. 12. part. 3. verſ. 1. & 2. eum ad caſum tantùm referatur adſtringaturque, citato aut ejus procuratore primo ipſo termino rectiſſimè ſe ſiſtente, & adhuc ambigat, an libelli uſus, aut alio gradu procedendum ſit, ut actori hîc, nominatim ſtrictâ paratâq; peremptæ inſtantiæ pœnâ libelli offerendi neceſſitas nulla ſit.

a) Receſſ. anno 1570. §. 89. **Wiewol auch/vermög.** flagitat & curat, ut libelli vel gravamina articulis primo termino proponantur. Si tamen loco actorum documentum vel compulſoriales duntaxat reproducuntur: libellum edere niſi communicatis actis nemo tenetur. *Ordin. part. 3. tit. 31. §. 7.* **Wo aber.** Obtinet etiam, in cauſis ſimplicis querelæ, ni libellus primo termino proferatur, ut reus à citatione abſolvatur.

§. 110. Cùm decretum Ratisponæ anno CIↃ IↃ XCIV per publica vota compoſitum, & de autographo noſtro expreſſum clarè compoſiteq; §. LXXXVII[a] innuat adſtruatq;, quâ in causâ libellus verbotenus repetendus aut ſcriptus offerendus ſit, meritiſſimò cupidiſſimèq; ſancitum illud amplectimur, ratumque in omnibus jubemus; hoc tamen hîc eâ de re pro faciliori deciſione quàm veriſſimè expediemus, in ſcriptis libellis tantùm narrata mandati aut acta leviùs repetenda, iisq; petitionem aut concluſionem ſubnectendam eſſe, & ſi quis ad alium modum quem enunciavimus libellum concipiat, pro libellante non putari, & abſolutione adverſæ partis à citatione multari.

a) Summa §. eſt, in mandatis cum clauſulâ, primo termino actorem non libellum, ſed reum cauſas exhibere, cur parére non teneatur. An autem mandatum cum clauſulâ per comparitionem in ſimplicem citationem reſolvatur, vide pro §. luce *Gail. 1. obſ. 19. n. 6.* diſtinguentem quoad partem, & quoad judicem, *Den. rub. 179. n. 2.* Cōſule etiam ſuprà præſcripta ad *§. 48. lit. d. & §. 50.*

§. 111. Juxta Conſultum anno CIↃ IↃ LXX. pu-

blicè recitatum §. XCV. termino ad libellandum obtento indultoq́ue; appellanti termino libellandi vel acta loco libelli [a] verbotenus repetendi, vel libelli exhibendi facultatem optionemq́; facimus.

a) Hinc *Ordinationis part.3.tit.33.§.1.* Wo aber in. Lex ſancitumq́; eſt; ſi appellans ſtatim poſt litem conteſtatam libellum appellationis, vel acta priora loco gravaminum repetierit, concluſeritq́ue, ut termino proximo appellatus reſpondere, omniaq́; producere ac ſcripto concludere, vel verbo confeſtim ſubmittere teneatur. Quod ſi novi nihil vel narretur, vel probetur, antè acta non articulentur, ſed uterq; propediem vivâ voce concludere teneatur, *eod.loc. §.5.* Wo aber gemeldter.

§. 112. Si quis termini ad libellum edendum conceſſi prorogationem, absque impedimenti probatione petat, ſimulq́ue in eventum acta libelli loco repetat recitetq́ue, poſteà verò primùm termino lapſo in ſcriptis libellum proferat efferatq́ue, quæſitum parumq́ue adſirmatum fuit, an hic libellus in ſcriptis aut repetitio loco libelli planè admitti poſſit debeatq́ue? Arbitri ergo in hanc partem fuimus, poſteriorem [a] libellum tanquam parergon non recipiendum, ſed repetitionem loco libelli tuendam tenendamq́; eſſe.

a) Ex ante dictis ſcriptisq́ue liquet, pari jure disparia hæc cenſeri.

§. 113. Libello ſemel edito, ſive in ſcriptis ſeu voce, jus noſtrum non patitur, ut ante litis conteſtationem in unâ eâdemq́ue causâ, quæ priùs oretenus, poſteà in ſcriptis, & versâ vice per libellum edita eſt, variatio [a] aliqua permittatur.

a) Sic poſt libellum voce vel ſcripto prolatum, nec articuli poſteà, nec in libellando variatio, ne durante quidem termino, permittitur. *Receſſ.anno 1570.§.89.* Wiewol auch/vermög. *Den. rub.175.num.8.*

§. 114. Cùm publica Cameræ Ordinat.tit.13.part.3.

§. 8.

§. 8. dexterè adſerat evincatq́; à ſimplici putâq́; interlocutoriâ, ſi appellatio ſuſtineatur nō aliâ formâ aut ſerie quàm per repetitionem luculentam inſtrumenti, aut ſchedulæ appellationis libellum offerri, velut in iſtâ appellatione ex iisdem & prioribus actis victoria tantùm propoſita eſt, nec dilationum examina res ipſa contexat, ſæpiusq́; rogatis pactisq́; [a] induciis, dies rerum verbis terantur, itaque jus dicti §. intactum ſartumq́; ſervabitur, procuratoresq́ue quîs virtus in integro eſt, ab interlocutoriâ ſi appellatum ſit, idipſum titulo [b] tam in pendentibus quàm dehinc introducendis cauſis diſertè teſtabuntur.

a) Terminus enim conceſſus à procuratoribus ſine ſubmiſſione ſub Ordinationis pœna acceptatur, perindeq́; ac ſi præjudicialiter præfixus eſſet, obtinet. *Receſſ. anno 1594. §. 58. verſ.* **Nemlich der geſtalt.** *Receſſ. anno 1576. § 54.* **Setzen vnd ordnen.**

b) Libellis, documentis, aliis, præter inſcriptionem partiumq́; nomina, procuratores etiam uter appellans vel actor ſit, ordinis ſervandi causâ præfigunt; titulumq́; cauſæ primum, utcunque perſonæ variaverint, litis capita etiam adſcribunt, *Den. rubr. 318. num. 2. 4.*

§. 11. In gravaminibus appellationum ſæpiùs ardua perplexaq́; obrepſerunt, cùm ad legem & amuſſim definiri certò non potuit, an gravamina aliarum probationum adminiculo firmanda ſint, vel non; & communi ſtilo generaliter hactenus actum, & ferè tantùm libellus à capite ad calcem repetitus ſit, quæ res ad otioſam actorum inſpectionem judicem remittit. Etſi verò inſigniora quædam conſilia cum ratione nobis Ordinumq́; ampliſſimæ coronæ ſubindicata fuerint, quibus huic ſubveniatur; tamen cum arduum ſit, illud ad trutinam normamq́; expeditiùs exigere, ſancimus, ut Ordinatio utpote juri communi & receptiſſimo ſtilo maximè congrua, antiquato generali decreto [a], anno

CIƆ IƆ XCIII. 13.Decembr.ſubrogato latoque,immutata imminutaq; ſervetur.

a) Decreti §.6.**Bey den** gravaminibus. ſumma fuit: quâ quis in re ſe gravatum putet, quídve amplius & quibus modis ex integro probare velit, ut ſigillatim & in ſcriptis exprimat. *Ordinatio part.3.tit.33. §.1.& 3. ibi,* **Noch weiter darthun/ vnd beweiſen.** docet atque edocet, articulum in primâ inſtantiâ omiſſum re integrari & probari poſſe, dummodo novus iſte articulus à veteribus dependeat, & talis ſit, in quo ſententia à qua faceret præjudicium, & pareret exceptionem rei judicatæ. Et hac ratione, cùm cauſæ cognitio, in quâ appellatio legitimè eſt facta, ad judicem appellationis devolvitur, & novæ probationes recipiuntur ſine inhibitione, appellationis effectus devolutivus dicitur, *Cacher. deciſ.Pedemont.131.num.10.* Cæterùm, ſi libellus appellationis per omnia conveniat cum libello & actis prioris inſtantiæ, cauſamque non pleniùs inſtruat, in Cameræ Tribunali adſtruente, *Gail.1.obſ.128.num.9.* ita pronunciatur: **In ſachen A. Apellanten eins/ wider B. Appellaten anderstheils / ſeind die** gravamina **N. tag eynkommen/ als vnerheblich (oder überflüſſig) nicht / ſonder die ſach von amptswegen für beſchloſſen angenommen/ darauff vnd allem fürbringen nach zu Recht erkent/ daß durch Richter voriger inſtantz wol gevrtheilt/ übel davon appelliret/ die gerichtskoſten derwegen an diſem Kaiſerlichen Cammergericht aufgelauffen/ aus bewegenden vrſachen gegen einander compenſirend vnd vergleichend.** adde *Mynſ.1. obſ.41.* obſervitantem in Camerâ admiſſa fuiſſe gravamina eadem cùm articulis primæ inſtantiæ, *eundem 6.obſ.56.num.13. Wurmſ.tit.18. obſ.27.* Quid hîc in appellatione à delegatis ordinatione, & in ſpoliorum cauſis obtineat, reſpondet *Ordin.part.2.tit.6.in princ. & tit.8. §.9.* **Wo aber der.**

§. 116. Addimus definimusque, procuratoribus ex arbitratu libello exhibito, & intra terminum agendi requiſitum obtentumque, exceptiones [a] declinatorias dilatoriasque, ſive ſolas & ſecretas, ſive eventualibus ex conſulto [b] anno CIƆ IƆ XCIV. prolato ſocitatas, in novis [c] vel præfixis proferendi jus eſſe.

a) Itaque *Ordin. part.3. tit.32. in princ. §. 3.* **Wo aber.** hîc obrogatur, quæ poſcit, ut exceptiones contra appellationis formam

mam vel devolutionem, aliæve dilatoriæ ſecundo termino exhibeantur, vel libello reſpondeatur, lisq; purè conteſtetur. Idem innuit *Ordin. part. 3. tit. 26. §. 5.* **Vnd ſo nach.**

b) Eſt *Conſulti §. 70.* **Setzen demnach.** qui efflagitat, ut libello exhibito reus altero termino litem conteſtetur, vel in eventum ſi ſimul exceptiones eam impedientes opponantur, vel ſine iis purè. Si exceptionũ prædictarum una pluréſve vel omnes hoc termino prætermittantur; poſt id locum amplius non habeat: ſed ipſo termino lite conteſtatâ, vel in contumaciam pro conteſtatâ acceptatâ porrò ex Ordinationis præſcripto procedatur, ut ſubindicat § ſequens 71. **in Appellationſachen.** Quòd verò exceptio merita cauſæ reſpiciens in Camerâ non admittatur, niſi lite conteſtatâ, vide *Mynſ. 1. obſ. 24.* adde *Alex. conſil. 37. vol. 2.* & *Denaiſ. rubr. 128. num. 5.* Exceptiones autem declinatoriæ pacto coarctatæ, vel alteratæ etiam poſt litis conteſtationem opponuntur, *Mynſ. 4. obſ. 27.* Quod etiam de dilatoriis cape ſucceſſivum tractum habentibus, ut eſt exceptio loci ſuſpecti. *Idem 2. obſ. 73. Gail. 1. obſ. 52.* adde *Mynſ. 2. obſ. 73.*

c) Rogatio novarum non ardua, non dilata eſt. Itaque, ſi qua in causâ periculum moræ verſetur, deſideria partium in novis promuntur. *Receſſ. anno 1566. §. 124.* **So declariren.** Fiſcalis etiam ſemper in novis agere poteſt, & procuratores viciſſim in novis terminos obire tenentur, *Den. rubr. 274. num. 6. & num. 16.*

§. 117. In ſuper ratio nobis eſt, exceptiones non devolutionis, deſertionis [a] & conſimiles alias, nudis conceptiſque verbis allatas, ad Ordinationis tamen præſcriptum adfabrè congruentes & notorias, vel quæ ad acta ipſa, aut inſtrumentum ſe referunt, non rejiciendas, ſed, etſi in ſcriptis [b] non ſemper proferantur, recipiendas eſſe.

a) Quædam de articulo deſertionis, quæ ad curſum appellationis ſpectant, dicam, ſed ἐν τῇ συλλογῇ. 1. Deſertio appellationis attendenda eſt à judice, etiam parte non excipiente, videlicet, ſi ab utraque parte appellatio eſt deſerta, *Mynſ. 2. obſerv. 59. Wurmſ. tit. 24. obſ. 20. num. 2. Mynſ. 3. obſ. 22. in princ.* Si judex tamen reperiat, priorem ſententiam eſſe confirmandam, & partes in principali proceſſerint, nihil opponendo de deſertione, poterit nihilominus de deſertione pronunciare, vel ſententiam in priori

inſtantiâ confirmare. Et expedit appellato propter reſtitutionis beneficium, quòd appellans coram judice appellationis allegare & advocare poteſt, ut in cauſâ principali pronuncietur, *Gail.1. obſ.137.num.2.3.* Judex etiam, ſi pronunciet cauſam legitimè devolutam, vel non deſertam appellationem, licet reverà deſerta ſit, proceſſum firmat fulcitq;, *Mynſ.2.obſ.60.*

II. A ſententiâ deſertionis (quæ interlocutoria eſt, ſi ab interlocutoriâ appellatio deſerta eſt, ſecus ſi à definitivâ) appellari poteſt, *Gail.1.obſ.138.num.5. Wurmſ.tit.24.obſ.17.*

III. Appellatione deſertâ, judex ad quem de expenſis cognoſcit: ſecus ſi appellans appellationem non fuit proſecutus, *Wurmſ.tit.24.obſ.21.obſ.22.* Et poteſt ex intervallo etiam ad inſtantiam partis expenſarum omiſſa condemnatio fieri, quia jure actionis, ex *cap.reprehenſibilis. de appell* veniunt & proveniunt, *Gail.1.obſ.137.num.5.6.*

IV. Si appareat, Cameram Imperialem jurisdictionem non habere, nec cauſam devolutam eſſe, & ſic plures exceptiones contra jurisdictionem opponantur, quarum quælibet ſit relevans, tunc non facile pronunciatur expreſsè ſuper deſertionis exceptione, ſed potius in effectu ſuper alterâ, ita ſcilicet, **Daß die ſache durch vorgenommene appellation an das Kaiſerl. Cammergericht nicht erwachſen/ rc.** & omittuntur illa verba (**als deſert**) ne appellanti detur occaſio ad petendam reſtitutionem ratione deſertionis, quæ reſtitutio ob aliam illam exceptionem contra quam nihil concluditur, ne hilum, ne γρῦ quidem proficeret, *Mynſ.5.obſ.3.* Forma autem ſuper deſertione pronunciandi talis eſt. **In angemaßter Appellationſachen N. Appellanten/ wider N. Appellaten/ iſt ſolch ſach/ als deſert/ an diſem Kaiſerlichen Cammergericht nicht angenommen/ vnd erkent/ daß gedachter Appellant/ jhme dem Appellaten/ die gerichtskoſten/ derhalben an diſem Kaiſerlichen Cammergericht aufgelauffen/ nach rechtlicher meſſigung/ zu entrichten vnd zu bezahlen ſchuldig ſey.** Judex enim appellationis jurisdictionem habet in cognoſcendo, an ſua ſit jurisdictio, & utrùm appellatio ſit deſerta, *Gail.1.obſ.137.num.3. Wurmſ.tit.24.obſ.22.* An autem appellantem in pœnas temerè litigantis condemnare poſſit, vide *Gail.1. obſ.137.num.7.* Confer *eund.1.obſ.34.num.5.* Non autem requiritur, ut deſertâ appellatione in ſententiâ cauſa expreſsè remittatur ad judicem à quo; etſi quandoque fieri ſoleat in Cameræ Tribunali, *Gail.1.obſ.138.num.7.* adde *Mynſ.5.obſ.3.* in calce. Hodie, appella-

appellatione deſertâ, ſententiæ confirmatio ex novâ lege, contra *Ordinat. ſtilum part. 2. tit. 30. §. 4.* permiſſa eſt, *Denaiſ. rubr. 34. num. 2. & 4.*

b) Contra articulos aliâs non verbo per generalia, ſed in ſcriptis diſtinctè & ſpecificè ſub pœna Ordinationis excipitur, *Ord. part. 3 tit. 15. §. 1.* Und erſtlich. De exceptione contra formalia appellationis clarâ & ſpecificâ, lege *Ordin. part. 3. tit. 32.* §. So ſollen auch.

§. 118. An exceptiones dilatoriæ ideo repulſam ferre debeant, & terminus ipſe pro purificato aut confecto etiam in principali causâ, quod ad actionem in eventum attinet, habendus ſit, cùm illi ex præſcripto præſcitoque decreti [a] anno CIↃ IↃ LXX publico lati eventualis proceſſus non adnexus reperiatur, communi voto non dictum probatumque eſt. Quod ut pleniùs planiusque etiam excutiatur, ſuffragium hoc dedimus, quoniam ipſius conſulti verba exacta nullam comminationem ingerant, & terminus præjudicialis, ut indigetant, tunc non, verùm poſteà cœperit, & pœnalis & in ſe odioſus ſit, adeoque magis reſtringi quàm prolixè extendi mereatur, ut comminationes tantùm in eventum valeant, præjudiciorum effectus in ſuſpenſo remaneat, & ad definitionem puncti exceptionum remittatur, & unicuiq; liberum integrumque ſit, cum exceptionibus ſimul cauſam principalem in eventum ſuo periculo tractare aut negligere.

a) Decreti iſtius §. 92. Aber in Appell. eſt, ut in appellationibus ab interlocutoriis ſimplicibus, Appellatus exceptionibus contra formam appellationis devolutionémve, aliíſve dilatoriis, in eventum litis conteſtationem ſemper adjiciat. *§. ſequens 93.* Sonſten in anderen/ poſcit, in cæteris, ſi gravamina articulata fuerint exhibita, ut appellatus ſuis contra devolutionem formaliáve, aliíſve dilatoriis exceptionibus, præter eventualem litis conteſtationem, etiam exceptiones contra gravamina, & in eventum reſponſiones & defenſionales (qui jure Camerali contra *l. præſcript. & l. ſi quidem. C. de except.* uno termino omnes pro-

ponuntur, *Mynſ.5.obſ.89.& 90. Ord.part.3.tit.13.§.fin & tit.24.*) aliúdve quidvis horum loco adnectat. In cauſis ſimplicis querelæ quid obtineat valeatque, vide *Receſſ. anno 1594. § 7.* Setzen demnach. Ulteriùs flagitat *§.94* Da aber nur. ſuperiùs memorati decreti, ut, ſi libellus editus fuerit ſummarius extra reſponſiones, reliqua dicta omnia proferantur. *§.91.in fin.* exigit, ut tum deinde in utroque puncto exceptionum & eventualis actionis junctim porrò procedatur, *Denaiſ. rubr.309. num.8.9.10.& 11.* Agenda in eventum ni ſimul & ſemel proferantur, quæ pœna præjudicialis ſit, agit *idem rubr.306.num.6.*

§.119. Curamus calculumq; album pro hac ſententiâ ferimus, ut ſeparatim, exceptionibus ſemel objectis, & eventualibus intra terminum eum ipſum adhoc obtentum, nondum adhuc lapſum, aut proximum ordinem præfixarum prolatis, connexa [a] agendorum tela non explicetur aut locum ſibi depoſcat. Si tamen contra rogata ſtatuum privilegia [b] de non appellando aliíſve immunitatibus, &c. appellatio interpoſita dicatur, & illi qui privilegia illa meruerunt, cauſæ adſiſtant, hoc caſu punctus devolutionis antè cognoſcatur evolvaturq;, in eventum actione tantiſper ſuspensâ.

a) Connexa enim pari paſſu, paribus veſtigiis, decurrunt; & de illis idem eſt judicium, *l.proinde ſi ſervus.ff.ad l. Aquil.l.arbor. ff.commun.divid. Gail.1.obſ.35.num.10.* Confer disſertata *ad §.116. lit. b.*

b) Quæ contulimus *ad* §.*19.*ſuprà, quem adhibebis.

§.120. Si ante libellum, proximâve pòſt, ut ſecundâ audientiâ exceptum fuerit, ita ut impoſſibile planè ſit, ſimul & ſemel in causâ principali nondum quaſi propoſitâ, nedum cœptâ eventualiter agere, tum quò minus Ordinationis [a] Cameræ ſtilo ſeparatim in eventum procedatur, nihil impediet officietq;.

a) Et ſic obrogatus iſtius Ordinationis ſtilus, de quo *ad §.116. ſuprà lit.a.* dixi, hîc valebit prævalebitq;.

§.121. Ex fide cùm narretur, prolatâ unà cum exceptioni-

ptionibus actione in eventum, Procuratores ſæpiùs tantùm exceptionum,& non in eventum adnexorum copiam facere; dictum, pariterq́ue probatum eſt,ut inanes iſti receſſus vanæq́; ſubmiſſiones gravi pœnâ abdicentur, & ipſi procuratores invicem ad editionem eventualium obligentur. Ulteriùs cùm communi adſenſu & ſuffragio ex Conſulto [a] anno CIƆ IƆ LXX. §.94. placuerit, quouſque ſociatæ ſimultaneæq́; actiones porrigantur,ratum id intemeratumq́; jubemus.

a) Dixi, ſcripſi *ad §.117.* ſuprà.

§. 122. Additionales [a] additionalium cum juratâ [b] adfirmatione paſſim non admittentur,verùm hoc judicis arbitrio ſententiæq́; committetur, & procuratoribus non erit integrum differre cauſam, prætactos adlatosq́; additionales declarativos,cæterosq́ue primùm probationi deſtinare, ſi adverſarius probatorias [c] dilationes exegit, multoq́; minus, ſi Rotulus publicatus & copia illi facta ſit.

a) Advocatis exercitatioribus conſtat,& planiſſimè quidem, odiosè traduci & ſic produci additionales iſtos in Imp. Conſiſtorio. Et *Ordin.part.3.tit.14.§.4.* Es ſollen auch. ſcitiſſimè monet, quantum res feret,cunctos ſimul proferendos: non auctos ſubinde & per intervalla plures exhibendos. Irrelevantes autem articulos ex officio rejici notat *Gail.1.obſ.81.num.15.* Quid ex Conſtitutione Imperii in Comitiis Spirenſibus, *anno 1570.* promulgatâ, in libello articulato offerendo obtineat, notat idem *1.obſ.79.num.3* adde *Mynſ.5.obſ.88.* Certum autem eſt, poſitiones etiam poſt terminum produci poſſe, ut poſitio obſcura declaretur, vel per adverſarii confeſſionem quis probet, Durch rechtmeſſige antwort des gegentheils. *Mynſ.1.obſ.34. Hartm. tit.de concluſ.obſ.2. verſ.* præterea. Plura de articulorum admiſſione,vide apud *Denaiſ.rubr.42.* & ſubjunctis, *Gail.1.obſ.81.* ubi ſimul diſſerit,quid operetur clauſula, *Salvo jure impertinentium. num.12.13.* adhibe *Mynſ.2.obſ.56.*

b) Sic articuli peremptoriales uno termino ſimul & ſemel, niſi quid de novo cognitum eſſe juramento partis adfirmabitur,

eduntur, *Ordin.part.3.tit.27.§.ult.* Et defenſionales vel quarto termino, vel ſaltem ante conceſſam actori primam probandi dilationem: nec ultrà, ni juretur non fraude, vel fruſtrandi causâ fieri, ſed quòd tunc demum in rei notitiam venerint, exhibentur. *Ordin.part.3.tit.15.§.7.* **Zum dritten.**

c) De dilationibus probatoriis vide *Gail.1.obſ.91. Mynſ.1.obſ.71. Hartm.tit.12.obſ.3.* Quòd ſit communis actori & reo. eundem *obſerv.5.*

§. 123. Ipſo procuratore, tempore ad reſpondendum [a] articulis conceſſo, eoque nondum lapſo, in fata concedente, & principali ad readſumendum in quo genere cauſam offenderit citato, ille cui procurator apud acta non eſt, ac ſi contumaciam admiſiſſet, de confeſſione [b] non periclitabitur.

a) De reſponſionibns ad articulos accuratis promtis, videbis *Den.rubr.78.num.3.5. & rubr.269. Gail.1.obſ.82. integrâ. Wurmſ. tit.15. Mynſ.1.obſ.86. 6.obſ.81. 4.obſ.50. 2.obſ.55. 5.obſ.54. 3.obſ.74. & 31. Wurmſ.tit.13.obſ.3.* ubi à poſtremâ Mynſ. obſervatione diſſentit & abcedit. *Nobis non licet eſſe tam diſertis.*

b) Poſitiones in contumaciam non reſpondentis, quando pro confeſſatis acceptentur, videre avebis ſcripta *ad §.90. lit.b.* ſuperiùs, & *Gail.1.obſ.80.* Quî conteſtandæ litis decreto comminatio, ut in contumaciam lis pro conteſtatâ habeatur, adnectatur, vide *Receſſ. anno 1566. §.121.* **Dieweil ſich auch mehrmals.** Reſpondens ſanè ad articulum impertinentem non habetur pro confeſſo, *Mynſ.2.obſ.56.*

§. 124. In auguſto Cameræ Tribunali promtis ſtudiis non exactum eſt, ſi juramenta dandorum & reſpondendorum ſaltem in productis & ſcriptis, non verò vivâ exactâq; voce flagitentur, & cùm cauſa concluſioni properata eſt, juramentum ex fide præſtitum non ſit, an judex illud amplius deferre [a], & ut ejus vigore articuli vel reſponſiones repetantur, requirere poſſit? Parato itaque omnium adſenſu, maximè placuit, neceſſitatem hujus non eſſe; arbitrio tamen judicis, cùm videbitur, ſalvo integroq;.

a) Ord.

a) *Ordin.part.3.tit.15.in princ.* generaliùs jubet, ut juramentum articulorum hinc vel inde petitum præſtetur, & ejus vi articuli vel reſponſiones repetantur. Itaq; optimè illud hîc ediſſeritur. Forma autem ſequens concernit actorem: **Jch ſchwere/daß die artickel/die ich angegeben hab/mein eigen that berürẽ/waar ſeind: als mir Gott helf/ꝛc.** vel actori talis forma prælegitur, **Der Kläger ſol ſchweeren/daß ſein eynbrachte artickel/ſo fern ſie ſein eigen that betreffen/alſo waar ſeyn: ſo fern ſie aber ein ander that betreffen/daß er glaub/daß dieſelbe waar ſeyn.** Talis forma ſequens legitur reo: **Der Antworter ſol ſchweeren/daß er auf die artickel/ſo der Widertheil eynbracht hat/durch das wort/glaub/oder/glaub nicht/vnd ſonſt/wie recht/antworten wöll.** *Wurmſ.tit.14.obſ.8.* Dicam adfatim quædam hûc facientia ad §.ſequentem, bono filo, fine, junctum.

§. 125. Cùm communi ſententiæ, & paribus votis deſtinatum ſit, an juramentum calumniæ [a] ſcripto duntaxat, non etiam vivâ voce exactum, negligere [b] liceat? Ergo juſtâ conſilii lance, ponderatâ causâ decidimus, ut, niſi petitio etiam voce fiat, judex illud diſſimulare poſſit.

a) Capitula juramenti calumniæ ex parte actoris ſunt iſta: **Der Kläger ſol ſchweeren/daß er glaub vnd darfür halt/daß ſein krieg vnd ſach gerecht ſey/daß er/ſo er gefragt werd/nicht abredt ſey/oder verneinen wöll/daß er glaub waar ſeyn. Item/daß er ſich wiſſentlich keiner falſchen zeugnus gebrauchen wöll. Item/daß er zum betrug/oder geferd keinen aufzug begeren wölle/dadurch die Rechtfertigung verzogen werden möge.**

Capitula autem ex parte rei ſunt hæc: **Der Antworter ſol ſchweeren/daß er glaub/vnd dafür halt/daß er ein gute gerechte ſach förder vnd beſchirm. Darnach die andere Capitel/wie oben ſtehet.** Et ita practicari in Conſiſtorio Ducali Heidelbergæ, aſſerit fideliter *Wurmſ.tit.14.obſ.5.* Quando juramentum iſtud exigatur, docent adverſis ſententiis *Gail.1.obſ.79.num.4.& obſ.85.num.1. Hartm.tit.10.obſ.1.num.2. & ſeq.* adde *Wurmſ.tit.14.obſ.3.* ubi diſſerit, poſt concluſionem in causâ juramentum calumniæ exigi non poſſe, judicem tamen ex officio tunc illud requirere. Et ſic practicatum fuiſſe in causâ illuſtri in civitate Wormatienſi. adhibe *Gail.1.obſ.48.num.6.* An in criminalibus

de conſuetudine exigatur juramentum illud, pervide *Wurmſ.tit.14.obſ.4.* Poteſt illud per procuratorem præſtari, quo caſu & dominus & procurator jurant. Formam juramenti habes in Imperii Ordinationibus, quas indigetat *Hartm.tit.10.obſerv.2.num.6. Gail.1.obſ.88.num.1.* Procurator autem ex officio datus licet non juret de juſtitiâ vel injuſtitiâ cauſæ, tamen in reliquis ad officium procuratoris pertinentibus jurare paratiſſimus erit, *Gail. ibid. num.11.* Notat *idem obſ.ſeq.num.3.* In Camerâ Imperiali & ſummo præſidum juſtitiæ conſeſſu, contumaciam procuratoris nolentis jurare, ut ſi cauſæ ipſi diffidat, & dominus cauſæ factus ſit, in animam propriam, pœnâ tantùm pecuniariâ punitam fuiſſe.

An aliâs juramentum calumniæ requirat ſpeciale mandatum, **ein beſondern gewalt vnd befelch.** notat idem *1.obſerv.83.* adhibe *Wurmſ.tit.14.obſerv.1.* Judæus de calumniâ quî juret, exponit *Specul.tit.de juram.calum.in §.reſtat.* verſ. *Sed pone Judæus.* Tradit *Wurmſ.tit 14.obſ.6.* in Conſiſtorio Principis Palatini capitula hujus juramenti hæc talia eſſe: **Der Jud ſol ſchweeren bey dem lebendigen Gott / der himmel vnd erden geſchaffen hat: vnd wo er vnrecht ſchweer / daß er vermaledeyet werde / vnd jhn die erde verſchluck / wie Dathan vnd Abiron / vnd daß ſein fraw ein witfraw / vnd ſeine kinder wäiſen werden.** Vide *Mynſ.6.obſ.20. Receſſ.anno 1555.§.108.* **Vnd dann dieweil.** ubi jurisjurandi forma noſtratibus adponitur. adde in rei evidentiam *Hartm.tit.25.obſ.6.num.12. & num.14. Wurmſ.tit.5.obſ.4.* in addit. *Mynſ. cent.5.obſ.6.cent.6.obſ 20.num.1.& ſeqq.*

b) Si itaque in duplicis, vel exceptionibus juramentum calumniæ exactum ſit, & pars altera id non animadvertens non juraverit, non habet locum pœna non jurantis, nec judicium corruit, *Socin.in c.fin.ext.de jur.calumn.num.53.* diſſentientibus & in diverſum abeuntibus *Imol. in l. qui bona. §.ſi alieno. D.de damn. inf. Matth.ſing.64.* Ratio ſententiæ eſt, quia abeſt dolus & malitia non jurantis: quin potius malitia adverſarii in eo verſatur, quòd in loco non conſueto tale juramentum ad decipiendum incautum adverſarium, & non apertè vivâ voce ſtatim poſt factam negativam lis conteſtationem, exegerit, unde propria malitia ei patrocinari non debet; adde, quòd juramentum ſic petitũ, ſi quis ad uberiora abeat, videatur tacitè eſſe remiſſum, quod bono jure fieri poteſt, *Wurmſ.tit.14.obſ.2. Gail 2.obſ.46.num.16.* Et ita ante hujus § expreſſam legem in Camerâ quandoq; majoribus votis obſervatum meminit *Gail.1.obſ.48.num.7.* Ritè

temen

tamen rectè; juramentum calumniæ à parte in judicio Cameræ petitum omitti non poteſt. Unde ſi juramento calumniæ exacto, eoq; non præſtito, à partibus hinc inde in causâ concluſum ſit, ex officio facta concluſio reſcinditur, & parti, ut petitum juramentum, ſub pœnâ legali præſtet, per interlocutoriam injungitur. Licet verò in primâ, vel ſecundâ inſtantiâ juramentum calumniæ à parte exactum, ſed præſtitum non ſit, attamen proceſſus ob id in Camerâ non annullatur, ſed eo non obſtante ſi de meritis cauſæ conſtare ex actis prioris inſtantiæ poſſit, in causâ principali pronunciatur, maximè eo caſu, quo pars quæ tale juramentum exegit, judice ad ulteriora procedente non appellavit, ſed cauſam ad concluſionem uſque proſequuta ſit, *Gail.1.obſ.84. num.3.4.5.* Vide ad hoc *Vant.tit.quib.mod.ſent ent.null.repar.poſ. num.125.& num.129.* Facit adprimè, quòd juramentum iſtud ſtatuto, & reſcripto Principis remitti poſſit: quia ut *Socin. in c. cæterùm. num.8. de jur.calumn.* adfatetur, hac noſtrâ ætate magis de calumniâ committendâ, quàm evitandâ jurant litigantes, & certant. Tantâ enim facilitate, & levitate hoc juramentum crebriùs in judiciis præſtatur, ut contemptim habeatur ſacra jurisjurandi religio, quod & *Bald.in l.ſi poſt perfectum. num.1.C.de evict.attendit.Gail.1.obſ.85.num.4.* Quo termino jusjurandum calumniæ præſtetur, aſſerit *Ordin.part.3.tit.32.§.penult.* vide *Den. rubr.273.num.5.& 7.*

Pœna non jurantis de calumniâ hæc præſtituitur in Camera: Si ſententia interlocutoria eventualis, quâ injungitur parti, ut petitum juramentum calumniæ, intra certum tempus, ſub pœnâ non jurantis præſtet, purificata ſit; tunc ſubſequitur definitiva declaratoria, quæ eſt quoad actorem contumacem (non quoad purgantem antè ſententiam moram, aut actoris heredes) abſolutoria: quoad reum verò condemnatoria, *Gail.1.obſ.86.num.1.2.6.* Quæ ſit pœna non jurantis de malitiâ, an reſpectu illius articuli, ſuper quo pars petit jurari de malitiâ, recuſans habeatur pro confeſſo? expediet *Gail.1.obſ.87.ex aſſe.*

§. 126. Commiſſiones ad futuram & perpetuam rei memoriam, lite inſtitutâ & pendente, non obſtante aut tardante, probationibus poſtmodùm ordinariâ viâ pertractandis ſubſervientes, decernuntur, & judex quid ex cauſæ commodo bonoq; ſit promendum, diſertiùs cenſebit.

a) Commiſſiones ad memoriam nullo habito diſcrimine nata ſit,an naſcitura actio, petentibus decernuntur, *Denaiſ.rubr. 71.num.3.* ex parte actoris tamen alterâ parte abſente, non acceptantur in criminalibus,*Gail 1.obſer.92.num.13.1.obſ.96.num.9. Mynſ.3.obſ.40.Hart.tit.15.obſ.17.nu.27.*adde eund.*Gail.1.obſ.102.* Diſertè tamen narrandum,an qui nominantur petenti jurejurando,ſubjectione,alióve conjunctionis nexu devincti ſint,necne. Idem *ibid.71.num.1.& rubr.82.num.3.* Et ſic,à commiſſariis ad memoriam examinandis,velut ſuſpectis ad Cameram interpoſitâ appellatione, examen nihilominus ad finem perducitur, quod & aliis in commiſſionibus tenet, de quibus habet & adfatetur *Denaiſ.rub.31.num.2.3.* Nota hîc:Reum commiſſionem ad perpetuam rei memoriam pro teſtium productione petere poſſe,etiamſi teſtes examinandi non ſint ſenes aut quinquagenarii; (nam hi in Camerâ pro ſenibus habentur,*Gail.1.obſ.92.num.7.*) neque valetudinarii,aut diu abfuturi,qui articuli aliâs ad probandum in Camerâ admittuntur. Rationem diverſitatis edidit *Gail.ibid. num.3.8.9.* Et aliud remedium pro reo adverſus actorem agere procraſtinantem,addidit *Mynſ.4.obſ.72.* Ut autem citatio partis,id eſt, (daß dem gegentheil der verhörstag verkündiget werde) in iſtis commiſſionibus præcedat, magnum habet effectum, cùm tali caſu poſſit produci examen ab actore,etiamſi poſt annum quæ dilatio juris eſt,inſtituat,*Gail.1.obſ.94.num.5.* Confer *Mynſ.2.obſ.91.num.18.* Abſens quis dicatur, collegit *Gail.1.obſ. 49.num.10.* Repete ἀπὸ τοῦ κοινοῦ *§.84.* ſuprà, huc conducentem. adhibe *Mynſ.1. obſerv.18. 4.obſ.71.& ſeq. Hartm.tit.15. obſ.10.11. Wurmſ.tit.18.obſ.18.*

§.127. Factâ antehac commiſſariorum [a], non tamen omnium propter ſuſpiciones non imbecillas rejectione [b],ſed ex illorum numero,uno omni exceptione majore,& extra recuſationis aleam poſito, unà cum reliquis plurium nominandorum tempus à judice datum eſt. Cùm verò res ipſa loquatur, proceſſus & probationum curſum, noviſſimarum exceptionum ſtudio differri proferrique; ore, ſtilo probamus,ut poſthac illud non indulgeatur, ſed promptè refutetur, & commiſſarius ipſe, quem tot ellogia approbabunt, ſolus creetur,

crectur, pronuncietur. Aliæ verò cauſæ ſi ſubveniant, quæ aliud ſuadeant, aut ipſe principalis plurium cum reliquo evocandorum laudandorumque tempus flagitet, comminatio non præcluſionis, ſed unius illius delegandi ſubnectatur.

a) Commiſſio receptionis teſtium, ſicut in civilibus, ita quoque in criminalibus judiciis obtinet, quod Camera obſervat in cauſis fractæ pacis, ubi agitur ad pœnam banni, *Mynſ.3. obſ.40.* Commiſſariorum verò, & quæ inde pendent, tum nominatio, petitioq;, tum adprobatio recuſatióve, vel in ſcriptis cum articulis ſimul reſponſionibusq;, vel vivâ voce coram deputatis eduntur; ibiq; in hoc articulo concluditur. *Receſſ. anno 1570. §.97.* Die Commiſſarien. adde *Denaiſ.rubr.79.* integrâ. An Procuratores Cameræ, Protonotarii, &c. quæſtor, à Commiſſiònibus arceantur, cognoſce eundem *rubr.83.* de eorum officio ave legere eundem *rub.ſeq.84.* Contra Commiſſarium negligentem an decernantur promotoriales, vel jurisdictio ſtatim ad Cameram devolvatur, pervide discernentem *Mynſ.1.obſ.95.* De Commiſſionibus decernendis in cauſis pauperum, leges collata πόελσμα̃ *ad* §.7. ſuprà *lit.b.* An etiam alii judici examen teſtium per litteras mutui compaſſus ſive requiſitoriales committi poſſit, vide *Gail.1.obſ.96.& lib.1.de P.P.9.nu.8. Mynſ.3.obſ.40. Hartm.tit.15. obſerv 17.*

Teſtis examinatio, ſi de conſenſu partium alicui committatur, valet ejus dictum etiam ſtante ſtatuto, teſtes in præſentiâ judicis examinandos, *Hartm.tit.15.obſ.17.num.21.*

Commiſſarius ſubdelegare ad examen teſtium poteſt, ſi partes etiam tacitè conſentiant, *Mynſ.3.obſ.41. Gail.1.obſ.97.num.6. Hartm.tit.15.obſ.15.*

Commiſſarius etiam interprete & quaſi proxenetâ uti poteſt, ſi non calleat linguam, *Mynſ.5.obſ.45.*

Commiſſarius inferioris judicis à Camerâ non datus, teſtem immediatè Imperio ſubjectũ examinare non poteſt. Itaq; hoc in caſu partes pro novâ commiſſione ad examinandos teſtes immediatè Imperio ſubjectos ſupplicant; Quandoque etiam Commiſſarius vel ipſa pars producens teſtes, Cameram tanquam ſuperiorem judicem adire, & per viam ſupplicationis mandatum pœnale contra teſtem ad præſtandum juramentum petere debet, quod hoc modo decernitur: Seind Gebots vnd Befelchsbrief

in formâ conſuetâ erkant. *Gail. 1. obſervat. 98. numer. 1. 2.*

b) Exceptionibus contra Commiſſarios oppoſitis minùs firmis, non temerè nominatis prætcritis remotiores ex officio ſubrogantur. Contra nominatos autem & in chartâ deſignatos quì excipiatur, cognoſce *Denaiſ.rubr.82.num.3.& 4.* Quòd cauſa non poſſit committi remotâ appellatione, vide ſis *Mynſ.3.obſ.63. Gail.1.obſ.33.* Commiſſarius enim ſuſpectus recuſari poteſt, etſi pergat examinare teſtes poſt recuſationem,poteſt ab eo appellari ad dantem,& non ad arbitros, & talis appellatio in Camerâ recipitur,*Gail.1.obſ.33.num.7. Myn.ſ.3.obſ.29.* Judex aliâs delegatus qui recuſatur,an poſſit à recuſante juramentum calumniæ exigere,videbis *Hartm.tit.5.obſ.12.Gail.1.obſ.33.nu.6.* adde *Wurmſ. tit.1. obſ.16. num.2.* qui ſtatuit recuſationis libellum offerendum eſſet,ipſi judici recuſato. In Camerâ primario juſtitiæ Tribunali,Commiſſarii à partibus nominantur, qui plerumq; deputantur,vel in eorum locum,ſi ex cauſis juſtis ſuſpecti allegantur,nec idonei iterum evocentur, ex officio alii conceduntur cum poteſtate adjungendi Notarium non ſuſpectum, *Gail.1.obſ.96.num 1.*

c) Sic atteſtationibus publicatis, termino oppugnandi ſcripta probatoria vel exceptoria,non concluſionis in causâ,ſed præcluſionis viæ comminatio adjicitur,*Denaiſ.rubr.78.num.6.*

§. 118. Cùm probatio præcipua ſæpiùs ex illâ ſolâ causâ, quod ab adversâ parte procurator in ſummo Conſilii Tribunali obierit, protrahatur, & proceſſus tamdiu differatur,donec alius in locum prioris ſubrogetur,intereà multorum annorum jactura fiat, potiſſimùm verò ſi præſens cauſam promoveri non velit: Ut itaque prolatatio reſecetur, conſiderationis & arbitrii noſtri fuit, probatorias priores [a] dilationes, vivo procuratore petitas,ſubmiſſas, etſi ex adverſo procurator intereà diſceſſerit, præſenti qui eas efflagitavit,annuendas,poſterioreſque, & deinceps prorogationem non minus, quàm ſi adverſæ partis procurator vivis non exemtus ſit, petendas decernendaſq;.

a) In dilationis primæ conceſſione qualis cauſæ modica, aut modicella cognitio requiratur, edocuit *Hartm.tit.12.obſ.4.6.7.*

adde

adde eundem *ibid.obſ.2.num.2.Gail.obſ.91.num.13.& ſeqq.Socin. conſ.11. part. ult.* Petuntur dilationes probatoriæ coram deputatis, *Ordin. part.3.tit.11.§.ult.* Et ſi pars adverſa in Commiſſarios commiſſionemque & primam dilationem conſenſerit, judex in continenti & viva voce interloquitur, decretumque fundandæ causâ Commiſſariorum jurisdictionis interponit, *Denaiſ.rubr. 290. num.8.* Eſt verò probatio naturâ peremptoria, hoc eſt, ut tempore illo præfixo, intra quod probatio facienda eſt, lapſo, probationibus nondum factis, probationes amplius non admittantur *Mynſ.1. obſ.71. Hartm. tit.12. obſ.4. num. 16.* ubi *num.17.* ſubjungit, quando actori dilatio ſit data ad probandum, & ipſe in illo termino non probarit, tunc reum definitivè à petitione actoris abſolvendum eſſe. Quod idem locum ſibi vendicat, cùm petitur alia dilatio, & illa negetur. Si per Commiſſarium examinis ſteterit, quo minus teſtes intra dilationem examinentur, vel adverſa valetudo producentis obſtet, &c. eo caſu dilatio prima redintegrari poteſt, *Gail.1.obſ.91.num.8.* An proficiat cautela hîc quam *Hartm.tit.12.n.9.* aſſerit, lectori liqueat? Probaturo enim hîc cavendum, ut ſi metuat dilationem labi, ante illius lapſum petat ſibi dari aliam dilationem, aut certè prioris, ſi modò ita ex causâ fieri poſſit, prorogationem, *Gail. d.obſ.91. num.21.* Negatâ autem per ſententiam prorogatione ulteriore, ſine novâ comminatione, quæ priori vel expreſsè adnexa, vel innexa tacitè fuerat, repetita intelligitur, *Denaiſ.rubr.77.num.4.* Tempora autem dilationum de jure communi pro diſtantiâ locorum & perſonarum qualitate à judice moderanda ſunt: regulariter tamen indulgendi ſunt tres menſes, quandoque ſex ad ſummum verò novem, *Ampliſſ.Vultej.in juriſpr.Rom.lib.2 cap.31. Hartm. tit.12.obſ.2.num.2.3.obſ.4.num.4.* In Camerâ Imp. tempora iſta omnimodo ſunt arbitraria, judicisq; conſcientię commiſſa, quod idem à jure communi alienum non eſt, *Gail.d.obſerv.91.num.13. Ordin. part.3. tit.43. §.3.* **Wo aber der.** Dantur in cauſis criminalibus regulariter accuſatori duæ, & tres reo dilationes, *l.fin.C. de dilat.* ita ut videatur dilatio prima non eſſe peremtoria, ſicuti nec reo dilatio ſecunda.

§ 129. Ex noviſſimâ hac noſtrâ ſanctione, (quod utile ſit) rogatis impetratisq; commiſſionibus, poteſtas & facultas transſumendi, &c. non de communiore, ſed meliore [a] formâ notâq; capietur.

a) Ex lege *Receſſ.anno 1576.§.55.* **Mit was gefahr.** obtinebat, quibus caſibus itineris maximeq; longinqui periculum verſetur, vel Codices librive feudales, documentaque ex archivis eruenda. (teſtamenta etiam cape ampliſſimarum hereditatum) aut ſigilla vel manus non agnitæ teſtibus probandæ ſint, ſimilibusq; aliis, ut commiſſiones petentibus in optimâ formâ decernerentur. Confer *Gail.1.obſ.96.num.3.* Et generale κριτήριον & quaſi maxima erat, ut commiſſiones in pleniore formâ petentes, cauſas juſtas allegare tenerentur; *Denaiſ.rubr.80.num.2.* An in commiſſionibus ad memoriam, optima & melior forma, nimitum ad tranſumenda inſtrumenta, **briefliche Urkunden aufzunemen** / in Camerâ teneat, cùm in recipiendis & tranſumendis inſtrumentis, velut in teſtibus, nullum ſubſit periculum interitus; & in caſu neceſſitatis exemplatio ſeu traductio legitimè fieri poſſit, (cujus requiſita uberrimè tradunt perſcribuntque, *Mynſ.6. obſ.73.Gail.1.obſ.94.num.2. Wurmſ.tit.20.obſ.1.num.4.*) videbis ſi placet eximiè *Gail.d.l.num.1. Ordin.part.3.tit.3.in princ.* Probatoriorum tamen transſumptione permiſsâ, eorundem deſignatio apud acta deponenda, Cancellariæ exhibetur, *Denaiſ.rub. 80.num.3.*

De materiâ Inſtrumentorum ἐν πλάτει καὶ γένει, avebis cognoſcere, legere, compoſitos, collatos, (*Mynſ.1.obſ.5.*) (*2.obſ.53.4.obſ. 60.6.obſ.56.Gail.1.obſ.105.num.4.1.obſ.107.num.14.1.obſ.24.nu.2. Hartm.tit.17.obſ.2.& 3.*) (*Mynſ.4.obſ.39.Gail.2.obſ.37.num.5.6. 7.10. 2.obſ.13.num.1.7.11.12.14. 2.obſ.37.num.12.*) (*Mynſ.4.obſ.37. Gail.1.obſ.106.num.4. 1.obſ.69.num.6.*) (*Mynſ.5.obſ.79. 6.obſ.74. 6.obſ.75.Hartm.tit 14.obſ.14.Gail.2.obſ.71. 2.obſ.37.n.11. 2.obſ.13. num.15.16.*) (*Gail.2.obſ.81. num.7.*) *Mynſ.2.obſ.74.*

§. 130. In contumaciam non comparentis aut ſiſtentis, ſi eouſque cauſa agitur disceptaturque, ut commiſſio ipſa decernatur, (quod cauſæ validè validæ pervicerunt) parti contumaciam profeſſæ poteſtas Notarium [a] non ſuſpectum examini adjungendi non dabitur aut reſervabitur, ſed liminetenus ſententiam cludet.

a) De Notariis vide (*Mynſ.6.obſ.65. 4.obſ.98. Gail.2.obſ.43. num.3. 2.obſ.71.num.13. Wurmſ.tit.18.obſ.13.num.4. idem tit.32. obſ.5.num.5.*) (*Wurmſ.tit.18.obſ.13.nu.5.idem tit.17.obſ.2.à nu.2.*)

adde

adde *Gail. 1.obſ.106.num.7. & ad §.90.* ſuprà explicata, evoluta, *iit.a.num.8.*

§. 131. Sed tam ipſum contumacem Commiſſarius ad productionis actum citabit, quàm ultrò ab ipſo nominatum & diſertiùs laudatum adjunctum [a] adhibebit recipietq́;.

a) Quid adjuncto in commiſſionibus pendatur, exſolvaturque, habet *Denaiſ.rub.86.num.5.* ubi Commiſſariorum ſalarium etiam affluentiùs indigetat.

§. 132. Cùm antehac etiam ſanctio publica claris teſtatisq́; verbis receperit, dilatione ſecundâ [a] vel tertiâ [b] intra tempus prioris petitâ, requiri profeſſionem cauſarum veriſimilium & expreſſionem certi impedimenti, etſi non doceatur vel adſtruatur, ſæpiusque (in morem hoc vertit) neglectu peccatum ſit, dum generaliùs omnino indicatum eſt, commiſſionis momentum primæ dilationis tempore exactâ etiam fideliq́; induſtriâ peragi non potuiſſe, & plura ejus generis percrebuerint; hocq́; rationem nullam addiderit; Itaque conſultò ſtatuimus, ratiunculas iſtas vulgò notas nil conficere, quod tamen cum grano ſalis accipimus, ſcilicet, ut ideo ulterior [c] uberiorq́; probatio non præripiatur aut præcludatur, ſed receſſu utpote informi rejecto, procuratori ex arbitratu pœna dicatur dicteturq́;.

a) Secunda vel tertia dilatio intra tempus prioris ex cauſis ſolitis poſtulatur: poſt tempus non niſi fide factâ adhibitæ diligentiæ impetratur, vide *Ordin. part.3. tit.11. §.1.* Erſtlich als/ *& ſeqq.* & *tit.16. §.5.* Was aber die. & *tit.3.in princ. Gail.1.obſ.91. num.21. Mynſ.1.obſ.71.* Et ſecundâ dilatione petitâ judex & Aſſeſſores ſemper de tempore redemptæ in Cancellariâ commiſſionis inquirunt, *Denaiſ.rubr.123.§.3.& 7.* Adi, ſi lubet, *Hartm. tit.12.obſ.3.num.6.* Dilatio ſecunda, ſi contradicente adverſario detur ſine cauſæ cognitione, appellari poteſt, *Idem tit.12.obſ.4. num.13.*

b) Dilatione primâ vel ſecundâ impetratâ, iisq́; ac tanto in-

ſuper temporis intervallo, quantum dilationibus cæteris ſuffecerat, elapſo: nulla ulteriùs dilatio probatoria, ſed producendi duntaxat rotuli terminus præfigitur indulgeturq́; , *Denaiſ. rubr. d. num. 10.* Productioni etiam teſtium poſt ſecundam vel tertiam dilationem probandi renunciantes, deprehensâ fraude, præter pœnas retardatæ litis, ex officio inſuper plectuntur, *Denaiſ. rubr. 268.*

c) Subveniendum enim eſt probationibus nec illæ nimiùm arctandæ, ne veritati præjudicetur, *l. curent. C. de hered.* Hinc quæritur, an ſtatutum, probationem ad certum modum, nempe ut fiat tantùm per teſtes, vel ſolùm per inſtrumenta, reſtringens valeat? pro cujus quæſiti explicatione, videndus omnino *Mynſ. 1. obſ. 5. & Gail. 1. obſ. 20. num. 6.*

§. 133. Quamvis Ordinationis [a] Cameræ ſancita, prorogationem [b] trium priorum dilationum non recuſent, ſed verâ approbatione firment, ut ſi qua cauſa fuerit, &c. Ipſa verò res conteſtetur certumq́ue faciat, magno probationis incommodo hoc vulgò fieri; & aliâs quattuor dilationes facilè duorum aut plurium annorum ſpatium (ita enim tempus abiit & transvectum eſt) exigant, repertum receptumq́; fuit, ut ſolius quartæ [c] prorogatio ejúsve rei petitio ſit.

a) Eſt §. **Was aber die** dilationes. *part. 3. tit. 16.*

b) Vide, quæ de prorogationibus dixi, ſcripſi, *ad §. 85. ſuprà. lit. a.* In cauſis & articulis certè privilegiatis prorogationum tempora breviora petuntur, *Denaiſ. rubr. 304. num. 3.* adde *Gail. 1. obſ. 91. num. 2. 3. 6. 7.* Ubi terminorum prorogationes petantur, excuſſit *Denaiſ. rubr. 118. num. 6. rubr. 172. num. 13.*

c) Dilationis quartæ prorogatio eandem quam ipſa dilatio requirit ſolemnitatem, *Gail. 1. obſ. 91. num. 16.* nempe ut petens denuò juret, ſe non malitiosè & dolo malo talem prorogationem expoſcere, *Mynſ. 1. obſ. 72.* Vide *Auth. Atqui. C. de prob. §. quia verò. in Novell. de teſtibus.* Poteſt verò hujusmodi ſolemnitas legalis partium conſenſu omitti. *Gail. d. l. num. 6.* adde *Mynſ. 1. obſ. 71.* verſ. *deniq; ſi judex.* Et in publico Cameræ Conſilio etiam prorogatio prorogationis circa dilationes probandi fit, ut atteſtatur, *Hartm. tit. 12. obſ. 3. in addit.* Nec enim ultra quartam ulla amplius danda eſt, *Mynſ d. l. in fin.* Quòd non poſtuletur al-

tur alternativè poſt tertiam dilationem probandi, tempus ad producendum vel Rotulum, vel mandatum præſtandi juramenti quartæ dilationis, ſed vel illud ſolùm peracto examine; vel ſi opus, mandatumq; præſtò ſit, dilatio quarta ejusque juramenti delatio petatur, adſtruit *Denaiſ.rubr.123.num.9.* Dilationem autem petituri quartam, ejus rei mandatum intra tertiam dilationem, vel ſuæ diligentiæ ſpecimen aliquod exhibent: ſin aliter; receſſus cum pœnâ rejicitur, ut pleniùs innuit, annuit, *Receſſus anno 1594.§.62.* Nicht weniger. Peculiare verò mandatum, ni clauſulam ſpecialem mandato inſertam habuerint, proferunt *Den. rubr.123.num.8. Gail.1.obſerv.91. num.19. Mynſ.1.obſerv.70.* ubi adverſis præjudiciis τὸ κρινόμενον excutiunt. Heredi poſt quartam dilationem an nova præſtetur, & an juramentum dilationis tunc obtineat? adi diſceptatores *Mynſ.1.obſerv.73. Gail.d.obſerv. num.17.*

§. 134. Teſtibus poſt dilationum demum producendíve Rotuli exactum tempus per ſacramentum adactis devinctis rogatisque, examen ob notoriam inque oculos planiſſimè incurrentem nullitatem viribus non ſubnitetur: Intra dilationem [a] verò (aliâ cumprimis non tenente & locum obtinente) juratorum, utcunq; poſteà examinatorum teſtium dicta & valebunt, & pollebunt.

a) Teſtes temporiùs ſacramenti fide obſtringendi ſunt, ne teſtimonia vacillent, & illud Imper. Hadriani, *l.3. § 2. & 3. D. de teſtib.* fiat, qui reſcripſit, *Teſtibus ſe non teſtimoniis crediturum*, *Mynſ.6.obſ.57.* cum præcipuis Juris interpretibus aliquot caſus in hac materiâ diſtinguit, approbat. Primus eſt, ſi ſimpliciter præfixus ſit terminus ad producendum teſtes, tunc ſufficere ante ejus lapſum teſtes productos fuiſſe & juraſſe. Secundus: ſi locus datus teſtibus & conceſſa ſit dilatio ad producendum & examinandum teſtes, tunc non ſatis eſſe produxiſſe teſtes, niſi quoque teſtimonia dixerint & addixerint, *Bald. conſ.133. lib.5. Socin. conſil. 47. lib.4. Alex.conſ.101.lib.2. Johan.de Amic.conſ.108.num.8.* Si tamen producens debitam adhibuerit diligentiam ut teſtes intra præſcriptum tempus examinarentur, & penes Commiſſarium ſteterit quò minus fieret, non debere hoc parti producenti fraudi eſſe.

Tertius caſus: Indulto ſimpliciter termino ad probandum, ſi quidem pars teſtes produxerit, ut commodè intrà terminũ examinari potuerint; deque eo judicem vel examinatorem interpellaverit, tum eam ſatisfeciſſe termino putandum eſſe, *Bald. in l. properandum. §. ſin autem utraq;. C. de jud.*

Quartus: Si dilatio à judice ad probandum probatumq; habendum conceſſa ſit, non ſufficere teſtes in termino juraſſe, ſed eorundem quoq; examinationem ante lapſum termini requiri. Quod limita, niſi teſtes degant in longinquis partibus.

Quintus caſus: Dilationem ſub iſtis verbis datam: *Ad probatum habendum per omne genus probationis*, omnes probationes excludere, adeò quòd à dilatione elapſâ nec jusjurandum in defectum probationis amplius præſtari poſſit. Cæterùm quando ſufficit, teſtes in termino probatorio juraſſe, quòd tunc eorum ſubſecuta depoſitio referatur ad diem quo jurarunt, vide *Guid. Pap. quæſt. 125. Roland. à Valle conſ. 71. num. 30. lib. 1. Joh. de Amic. conſil. 108. num. 1. Mynſ. 6. obſ. 32. 3. obſ. 80. Menoch. lib. 1. quæſt. 26. arbit. Farinac. quæſt. 74. num. 109.* Adhibe hîc παρενθήκην, *Hartm. tit. 12. obſ. 4. num. 3. 16. & ſeqq.* Quid in Camerâ receptum ſit, ſi depoſitio teſtis fiat ante juramentum, & in continenti illud ſubſequatur, lege *Gail. 2. obſ. 101. num. 9.* & diſtinguentem *Mynſ. 4. 2. obſ. 77.* Conſuetudo quoque militat, ut teſti injurato credatur. Sic in regno Bohemiæ & Archiducatu Auſtriæ, itemque Bavariâ & plerisque aliis locis receptum eſt, ut illuſtres teſtentur vnder jhren handſchriften vnd pitſchaften. Poſſunt etiam Aulici in cauſis aulicorum deponere, bey dem eide/damit ſie jhren Herren zugethan. *Gail. d. l. num. 15. Mynſ. 2. obſ. 3. Wurmſ. tit. 18. obſerv. 9.* Alios caſus præſtantiſſimus capitalium *Farin. quæſt. 74. num. 50. & ſeqq.* cumulat.

§. 135. Cùm antehac quoque publicatis atteſtationibus pluribus iteratisq; Receſſibus cauſa acta ſit, quibus ipſo tempore jam adverſus [a] depoſitiones agẽdi imminẽte, Procuratores innuerint, ſibi modò ex Cancellariæ monumentis factam atteſtationũ copiam [b], primumq; ab eo temporis articulo, quo id commemorârint, terminum currere [c] velint. Quò itaq; judex Procuratorum induſtriam & negligentius ſtudium certò ſemper

hîc

hîc cognoſcat, operoſis iſtis Receſſibus nuntium remittimus, eosque hoc decreto abdicamus; Viciſſim verò præfectus [d] Cancellariæ curabit accurabitque, ut flagitatarum [e] perſcriptarumq; & redemptarum dies ipſis in Cancellariâ Rotulis inſcribatur adſigneturq;.

a) Publicatis enim atteſtationibus, partes poſſunt ſcripto, tam contra perſonas teſtium, quàm eorum depoſitiones excipere, & ſimul intentionem ſuam ex dictis teſtium comprobare, vulgariter Beweiſungſchrift appellant. *Gail. 1. obſ. 105. num. 17.* Cæterùm publicatio Rotulorum ad cauſas extraordinarias ſpectat, *Ordin. part. 3. tit. 3. in princ.*

b) Commiſſarius Rotulum ſive atteſtationes partibus non communicare, ſed ſuo ſigillo ad committentem transmittere debet, *Gail. 1. obſ. 96. num. 9.* Sic, quamvis partes, quæ immediatè Imperio ſubjectæ, & tamen in primâ inſtantiâ privilegiatæ ſunt, poſſint petere examinari teſtes ad memoriam in Cameræ Tribunali: Attamen hujusmodi Commiſſiones ita fiunt, ut Commiſſarius ad tale examen deſtinatus, teſtium dicta clauſa ad Cameram transmittat, & quando pars producens petit Commiſſarium à judicibus Cameræ ad edendum ſibi Rotulum examinis, negatur ipſi: decernuntur tamen compulſoriales, ut Cameræ edat expenſis producentis, retineturque in Camerâ ab actorum magiſtris ſive actuariis, donec controvertentes, vel coram judicibus privilegiatis, hoc eſt, Außträg / vel aliâs publicari petant, ut in Camerâ publicatio tanquam à judice, qui commiſſionem decrevit, fiat, *Mynſ. 1. obſ. 18. Gail. 1. obſ. 93. num. 5.* vide ſuprà *§. 29.* qui huc ex aſſe & uſu facit. Adjungit tamen *Gail. d. l. num. 5.* Procuratores hujusmodi examina teſtium judicialiter, vel etiam extrajudicialiter producere conſueviſſe, adjunctâ petitione, ut ab actorum magiſtris inter acta judicii ad futuram neceſſitatem diligenter adſerventur. Quòd Commiſſionum ad perpetuam memoriam extrajudicialiter obtentarum Rotuli judicialiter non producantur, ſed Lectoribus (ſcripto eam rem profeſſis) adſervandi tradantur, meminit *Denaiſ. rubr. 44. num. 3.* Si teſtium dicta nondum publicata, à procuratoribus velut cognita disputentur; quæſtione habitâ Commiſſarii vel adjuncti in quos à Camerâ vindicari nequit, ad Viſitatores deferuntur, *Denaiſ. rub. 40. n. 3.* Petitâ & denegatâ publicatione, ſi non à denegatione appelletur,

valebit ſententia, *Guid. Pap. quæſt. 586. & 368. Alex. conſ. 120. nu. 7. lib. 7. Anchar. conſ. 53.*

c) Terminus non niſi à die factæ in Cancellariâ atteſtationum documentorumq; copiæ computatur: hactenus tamen ſi de diligentiâ procuratorum in iis petendis, ex protonotariorum relatione (quod nunc per hunc ipſum §. obrogatum eſt) conſtet, *Den. rubr. 305. n. 2.* Quo ordine, probatorio termino effluxo, publicatio atteſtationum petatur, inſtrumenta & jura offerantur, vide *Ordin. part. 3. tit. 17. in princ.*

d) Præfectus Cancellariæ aut Tabulario (qui Deputati nunciorum magiſtriq; eorum etiam dignationem retinet, *Ord. part. 1. tit. 44. §. ult. Ordin. part. 1. tit. 55. in princ.*) quid agat provideatq; ſollicitiùs, cognoſce ubertim è *Denaiſ. rubr. 62.* Idem Cancellariam, ejus munia & alia publico diſpectui, *rubr. 61. & ſeqq.* expoſuit. Vide hîc *Receſſ. anno 1570. §. 63.* In unſers Cammergerichts.

e) Procuratores olim atteſtationum copias è Cancellariâ petentes, ſchedis diem adſcribebant, earum deinde exempla pro ſui excuſatione edebant: aliter poſt terminum non audiebantur, *Denaiſ. rubr. 305. num. 3.*

§. 136. Cùm Conſultum, anno CIↃ IↃ LXX [a] hîc Spiræ confectum bono teſtatoque conſilio arbitretur, poſt [b] publicatas atteſtationes neutri parti utrimque plus duo in univerſum ſcripta concluſioni [c] ſervientia proferendi fas eſſe: angantq; in deterius audita, robur ſanctioni non conſtitiſſe, ſed plura ſcripta invaluiſſe, Receſſusque multos & otioſos ex ſupervacuo foviſſe, dum & reus & actor tempus flagitaverint, eoq; præpoſterè lapſo, adverſus probationes & exceptiones ab adversâ parte jam olim prolatas agendi, procedendi, quaſi re integrâ copia fuerit. Ut itaque repetita ſanctio priſco cultu fulgeat, & certi rei limites ſint, ſententiâ exactè ad cynoſuram revocatâ cognovimus, præſtare ut illi ſecundùm lineam locus ſit, & publicatis teſtium dictis, bina ſcripta utrimq; neu plura producantur, & ſic concludatur.

a) §. 98.

a) *§.98.* Was vnd wie vil.

b) Omiſsâ etiam proteſtatione, exceptiones poſt publicationem Rotuli tam contra dicta quàm perſonas teſtium in Camerâ, Conſiſtorio ſummi Principis admittuntur, *Gail.1.obſ.87. num.5.* adde eundem *1.obſ.105.num.8. Matth. Coler. tract. de except.cap.1.* Probationes exhibitæ quo termino à die communicatarum copiarum dinumerando, oppugnentur, vide *Ordin. part.3.tit.18.in princ.* Hunc certè in finem prænotata *Ord.part. eâd.§.1.* Damit man. flagitavit, ut ſcribæ petitarum, traditarumque diem adnotarent: expeditionem tum Procuratoribus, tum Protonotariis ſignificarent, eam rem, cùm uſus eſſet, atteſtaturis. Termino oppugnandi ſcripta probatoria vel exceptoria quæ comminatio adjiciatur, cognoſce ex adnotatis ad *§.127.ſup.lit.C.* A teſtium publicatione, ſi cauſa coram judicibus inter principes reos, & inferioris ordinis actores verſetur, quæ ſcripta ab utrâvis parte exhibeantur, adpone *Ordin.part.2.tit.4.§.* Vnd ſo alſo.

c) An omiſſio concluſionis in causâ vitiet ſententiam, quærunt, ſolvuntq́; *Mynſ.3.obſ.17.Gail.1.obſ.107.num.2.Hartm.tit.17. obſ.1.num.5.* De concluſione cum clauſulâ ſi quid facti, &c. & reſervatoriâ, vide *Gail.d.l.num.8.15.* An poſt concluſionem probationes recipiantur, multis explicat *Gail.d.obſ.& obſ.108. Mynſ. 3.obſ.17. 6.obſ.56. Hartm.tit.17.obſ.2.& 3. Ordin.part.3.tit.23.§.5.* So aber etwas. Nota etiam, quòd judex invitis partibus, vel alterâ earum, ſi datæ ſint ſufficientes dilationes, poſſit cauſam pro conclusâ acceptare; idq́; in Camerâ judicii Imperii cottidiè ex uſu obſervatur, *Mynſ.d.obſ.17.nu.14.* De totâ teſtium materiâ arduâ, fructuosâ, cottidianâ, & vulgò notâ, nihil appono, ne audiam adagionem; ὐδὲν πρὸς ἔπος: Capiant alii ſpicas, imò faſces. Veri rectiq́ue præceptores (arbitrum elegantiarum adgnoſcis) habent *Gail. 1.obſ.99.100.101.102.103.104. & 105. Wurmſ.tit.18.* integro. *Hartm.tit.15.* qui compoſitè & ex ordine talia agunt. Mynſingeri (qui meritò jus ſententiæ dicendæ primo loco habebit) πολυδαίδαλα ſcripta, quæ favente & vocante patronâ Themide, de jure fecit. Ille enim docta, ardua hîc diſperſim adgregat, confert. Utilem etiam commodamq́ue (ita planiſſimè puto) operam hîc navavit *Johan. Althuſ.* JCtus *lib.3. Dicæol.cap.29.30.31.32.33.34. 35.36.*

§.137. Cùm in puncto expenſarum, quæ victori adjudicantur, ut Ordinatio [a] quidem innuit, adnuit, abs-

que judicii figurâ de plano procedendum ſit, & brevitatis cura præcipua habeatur, ejusque definitioni aliàs pluſculum temporis impenſum dequerantur, eò vota penitiſſimè inclinarunt, ut impoſterum non tantùm deſignationes [b] expenſarum [c]; verùm & exceptiones in novis exhibeantur: at ſine juſtâ ſpecialique approbatâ causâ non replicetur.

a) Vide *Ordin. part. 3. tit. 50. & tit. 3. in princ.* Et in executionis articulo, cauſarum merita, non repetenda adfirmat *Den. rub. 21. num. 5.* quem qui referentes expediant, docet idem *rub. 8. n. 16.* Adfer *rub. 70. eundem. Gail. 1. obſ. 113. num. 10. Frid. lib. 2. de mand. c. 58. n. 3.*

b) Idem deſignaverat jam olim **der gemeine Beſch.** *ann. 1585. 23. Aug. confect. §. 2.* **Aber** deſignationes. *Denaiſ. rub. 274. num. 11.*

c) Vide de expenſarum materie etiam obſervata mihi *ad §. 51. 52. 58. & §. 66.* Non requiritur in condemnatione expenſarum citatio, *Wurmſ. tit. 6. obſ. 15. num. 1.* Quæ expenſæ in computationem calculumq; veniant, quæve illarum taxatio ſit, contulerunt *Denaiſ. rubr. 66. idem rubr. 137. & 244. Gail. 1. obſ. 151. n. 3. 4.* adde *Ordin. part. 1. tit. 13. §. 9.* **Weiter ordnen.** Expenſæ retardati proceſſus non reſervantur ad finem litis. *Ordin. §. 6.* **Wir wollen auch.** *part. 3. tit. 50. & tit. 42. §. ult. Mynſ. 4. obſ. 67. Wurmſ. tit. 7. cap. 8. Mynſ. 1. obſ. 23. & 45. Gail. 1. obſ. 60. & 151. num. 15.* Et veniunt hæ expenſæ ante litis conteſtationem factæ jure actionis, item peti poſſunt officio judicis, *Hartm. tit. 21. obſ. 1. Mynſ. 4. obſ. 48. Gail. 1. obſ. 151. num. 14.* Expenſæ etiam illæ transactione initâ de negotio principali, ſi de expenſis nihil dictum ſit; ulteriùs peti poſſunt. Sique judex omiſiſſet talem condemnationem, poteſt uſque ad definitivam eam ſupplere, *Mynſ. 1. d. obſ. 23.* Dicuntur autem expenſæ petitæ, ſi libello adjectæ ſint clauſulæ ſalutares: *Peto mihi jus & juſtitiam miniſtrari omni meliori modo, Mynſ. 4. obſ. 55.* Poſtremò etſi de jure communi in compenſatione expenſarum, judex cauſam compenſandi diſertè exprimere & reddere teneatur; tamen Cameræ Tribunalia hoc non obſervant, ſed generalibus verbis fit compenſatio expenſarum, **aus beweglichen urſachen.** *Gail. 1. obſ. 151. num. 23.* Hodie tamen largior æſtimatio expenſarum quàm hactenus initur, nec facile fit compenſatio, *Denaiſ. rubr. 137. num. 9.* Litis expenſas moderandas, & ex ipſius

Reip.

Reip. commodo ampliſſimo parciùs à volentibus litigantibus, tricantibusq; accipiendas, Politicorum quîs patriæ incolumitas τὸ τέλος σκοπιμώτατον eſt, monitum & verbum eſt. Sacræ litteræ oracula religionis abundè idem vovent, *Deut.c.16.19. 1.Sam.c.8. 2.3.4.5.Proverb.c.17.23.* adde *Novell.17.& 25.de mand.princ.c.1. & l.final.C.ad l.Jul.repet.*

§.138. Cùm prætereà in liquidationibus, aliiſve petitionibus nummariis quę pretium quod intererit ſpectant, aut æſtimationibus, perſæpe differentia & in Cameræ Tribunalibus uſu non cognita numiſmatum genera, illic locorum & gentium, ubi partes morantur, frequentia deſignata fuerunt, quæ judex ad certam ſummam moderari & arbitrari non potuit; Itaque hujus ſententiæ conſulto ſeriò procuratores monemus præmonemuſque, ut has & alias ejusmodi petitiones, quæ pecuniæ ſummam per Imperii Auguſtiſſimi orbem infrequentis conficiunt, vel ad monetam Imperialem adprobatam [a] expediant, pendant, vel expreſſarum ſpecierum pretium, & ad illam juſtam certamq; proportionem judici nominatim innuant.

a) Ad rationem ſcilicet florenorum Rhenenſium & cruciatorum reducant, *Denaiſ.rubr.136.num.2.* Deſignationes autem in novis exhibentur, *Denaiſ.ibid.* & per Lectores ſine morâ, quò maturiùs ad executoriales deveniatur, expediendæ traduntur, *Ordin.part.1.tit.33.§.2.*verſ. Sonder die Leſer.

§. 139. In integrum reſtitutio adverſus interlocutoriam ſi petatur, ſeriò diſcuſſimus, Procuratore apud acta conſtituto, cùm facili proceſſu res iſta agatur, peculiari citatione opus non eſſe, ſed hujusmodi petitiones quamprimùm pro Tribunali ſummatim vel articulatim [a] utrum judex juſſerit, proferendas.

a) *Ordin.part.3.tit.52.in princ.* exigit, ſi juſtæ cauſæ reſtitutionis ſubeſſe videantur, ut articulatim proponantur. De ſententiâ interlocutoriâ, ſuccinćta adcumulavi *ad §.108.* & præceden-

tes aliquot, quæ, ſi tanti, hîc etiam vide, lege, proba. De reſtitutione in integrum pauca etiam elaboravi *ad §. 15. ſuprà lit. c.* revidenda & percognoſcenda.

§. 140. Caput mutui in fronte decreti fixum quod jam nunc ſpectat attinetq́ue, bono conſilio *Electorum, delectorum Principum & Ordinum* Togati qui incoràm glorioſum legationis curſum obeunt, ejus commeminerunt, quod hac ipsâ causâ in ampliſſimo Deputatorum conſeſſu Wormatiæ, urbe illuſtri, anno CIↃIↃ LXXXVI. pertractatum novimus, noſtroq́ue miſſu primariæ claritudinis viri acceptum confectumq́; tulerunt, in ambiguâ nempe iſtâ uſurarum lite *an in mutui contractibus, quò tricantes controvertentesq́; in Imperii ipſius Tribunali cùm punctus liquidationis agitur, grandes gravesq́; proceſſus ſubterfugere poßint, & Tribunalis fides conſcientiaq́; non advocetur, id quod intereſt à tempore moræ certò definiendum ſit?* debitore moram reſtituendi pecuniam mutuam connectente & verſante, tenere ipſum creditori cùm dies ceſſit (probabiliter enim concluditur, creditorem ab illius temporis lapſu pecunias in alios uſus utiliter conferre, & maximo jure ex uſu centum florenorum quinque lucrari faciliùs potuiſſe) id quod refert & intereſt exſolvere; Quod gratum ratumq́ue clementiſſimè habuimus. Itaque nunc iterum libra deliberationis noſtræ huc paratiſſimis ſententiis vergit, ut id quod rectè intererit à tempore moræ ſarciatur, & pro uſu centum florenorum quîs fidem præjuvit quinque [a] exactè dependantur, aut ſi creditor uſuras quincunces abnuat, & tam ex lucro ceſſante quàm damno emergente plus [b] exigere præſumat, id quod à moræ interjectu putat, edocere, judicisq́ue ſententiæ conſultiùs ſubmittere liberum integerrimumq́; ſit.

a) De uſuris paucula præmittam quæ generaliùs obtinent. Duo uſurarum diſtrictè damnatarum genera cenſentur. Unum

ex

ex parte debitoris, qui paupertatem inopiamque innocentem profitetur, ſi ille exugatur per iſtas lamias, de quibus vulgatus verſus ille obtinet:

Non miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo.

Petr. Heig. lib. 2. quæſt. 1. Alterum creditoris intuitu, qui plus juſto intereſſe flagitat nomine ſortis. Et id loquuntur ſanctiones Imperii; anno *1500* ordinatum eſt, ne Ordines conniveant ad uſurarios contractus: **Sie ſollen wucherliche/gefehrliche vnd vnzimliche contract/nicht leiden/dadurch landen vnd leuten mercklicher ſchade zugefüget wirdt.** *anno 1530.* præmittitur, **Die Kaiſerliche Majeſtat komme in erfahrung/ daß vnzimliche/vnchriſtliche/ wucherliche contract wider Gott vnd Recht getrieben/ꝛc.** Tales verò uſuræ quæ vicem & compenſationem ejus quod intereſt aut fructuum obtinent, nequaquam inlicitas eſſe, Dd. ipſi tradunt, *Anton. Faber deciſ. 1. pragm. error. 2. l. 5. C. de act. empt. Celer. de proc. exec. part. 1. cap. 10. à num. 35.* & prioritas temporis habet locum, tam in ſorte, quàm uſuris, *Mynſ. 1. obſ. 59. Gail. 2. obſ. 5. n. 12. Hartm. de credit. obſ. 8.* An uſura & ſors eodem libello peti poſſint, exegit idem *Mynſ. 1. obſ. 57.* Si mandante Principe ſubditi mutuum dare cogantur, ut in Belgio factum aliquoties, *Gail. 2. obſ. 5. num. 17.* meminit, licitè ultra ſortem aliquid accipitur, *Vaſq. lib. 1. de ſucceſſ. §. 6. num. 21. cum ſeqq. & 1. illuſtr. controverſ. cap. 6. num. 7.* Eſt quoque uſura frumentaria, quæ in frumento, vino, aliisque fructibus, ſive aridis, ſive liquidis conſtituitur, quæ conſimiliter ad uſuræ pecuniariæ rationem redigenda & revocanda eſt, *Molinæus quæſt. 21. num. 222. & ſeqq.* de contractibus. *Deputat. anno 1577. cap. 19. §.* **Hierauff ſetzen.** copiam cuilibet facit, agricolis (de quorum cumulatiſſimis immunitatibus & privilegiis, Conſtitutiones Imperii, quæ *anno 1548.* in Comitiis Auguſtanis, & *anno 1570.* in Comitiis Spirenſibus, nec non in politicis ſanctionibus Francofurtenſibus, *anno 1577.* promulgatæ ſunt, agunt) pro frugib⁹ vel vino pecuniam mutuandi vel prorogandi, ſed ita, ut mutuum promutuúmve ad æſtimationem quæ tempore contractus poſt meſſem vel vindemiam quaternis denis diebus frequentabitur, referatur. Si quis etiam ex causâ mandati vel negotiorum geſtorum pro alio, non ſolùm ſortem debitam ſolverit, ſed ejus etiam ſortis uſuras, eo caſu uſuræ uſurarum debentur. Quia mutata conditio perſonæ & debiti facit, ut quæ in perſonâ primi creditoris fuerunt uſuræ, cœperint locum ſortis obtinere in perſona ejus qui pro alio ſolvit, *Ant. Fab.*

uſuris teneat, & quem judicem ſortiantur, per vota luculenter adponunt. Sententias modò adlatas & pronunciatas in Camera confirmant *d.Receſſ. anno 1548. c.20.* qui flagitat, ut uſuris Judaicis quisque pro ſe Magiſtratus frænum injiciat; *Deputat.anno 1577.cap.20.§.* **Vnd dieweil man.** qui exigit, ut uſuras quincuncibus majores Judæi non exerceant. Alia Judæos ipſos attinentia, & improbitatem eorum in theatrum adducentia, ſubnotat idem decretum *d.l.& Receſſ.anno 1551. §.80.* **Diſem zu begegnen.** *§.81.* **Zu dem wollen.** In quas pœnas ſe induant uſurarii, quíve fraudem his fecerint, enucleatim poſuit *d.Receſſ.anno 1548.c.17. §.6.* **Dieweil aber ſolche.** Scilicet ut pacta inlicita à judicibus quibusvis ad quos deferentur, invalida & nulla eſſe pronuncientur; à nemine executioni demandentur, uſurarii quartâ ſortis parte multentur; & Magiſtratus negligentes Fiſcalis ad pœnam duarum, trium vel quattuor marcarum auri conveniat, *Deputat. anno 1577. cap.19.§.* **Hierauff ſetzen.** enixè exigit flagitatque, ut qui fraudem commiſerit, ſorte atque etiam honoribus & bonis quantumvis nemine quiritante, ex officio multetur. Quis verò uſurarius dicatur, vide latiùs *Menochium in arbitr. quæſt.caſ.235. Covarr.lib.3.variar.reſolut.cap.3. Lud. Peguer.crim.quæſt.cap.31. num.4.5.*

Jus commune ſi ſequimur, pœna fœneratoris improbi eſt reſtitutio uſurarum indebitè perceptarum: *Jul.Clarus in §. uſura. num.11.* infamia, *Menoch.caſ.398. Covarr.lib.3.reſolut.c.3.num.2.* & *alia* inſuper *arbitraria, Clar.d.l.num.10.Menoch.d.l.nu.14.15. & ſeqq. Conventionis uſurariæ caſſatio, Menoch.d.l.num.17.Gail. 2.obſ.4.& 5.* Rerum quoque quas à debitore uſurarius extorſit, dominium in uſurarium non tranſit, *Clar. d. l. num.12.* Cùm quodammodo furtum facere dicatur, nec judex eſſe poteſt, *Vant. tit.de def.juriſd.deleg.num.51.* Nec teſtari uſurarius poteſt, priusquam cautionem de reſtituendis uſuris præſtiterit, *Clar. d.l.n.13. 14.* nec mortis causâ donare, *Johan.Althuſ.JCtus γνήσιος lib.1. Dicæol.cap.141.num.9.* Notarius etiam conficiens uſuraria inſtrumenta perjurium committit, & infamia notatur, *Hipp. ſing. 181. num. 4.* Quinimò (ut longiùs rem à capite arceſſamus) Claudius Imp. *Tacito lib.11.Annal.* indice, lege latâ ſævitiam creditorum coërcuit, ne in mortem parentum pecunias filiisfamiliarum fœnori darent. Et eodem Tacit. prodente *lib.6.Annal.* Tiberio Cæſare, magna vis accuſatorum in eos inrupit, qui pecunias fœnore auctitabant adverſum legem dictatoris Cæſaris,

quâ

quâ de modo credendi,poſſidendiq; intra Italiam cavetur, omiſſam olim, quia privato uſui bonum, decus, publicum poſtponitur. Sanè vetus urbi fœnebre malum,& ſeditionum discordiarumq; creberrima cauſa: eoq; cohibebatur antiquis quoque & minus corruptis moribus. Nam primò duodecim tabulis

——— (*ſunt tabulæ peccare vetantes*
Quas bis quinq; viri ſanxerunt)

ſanctum, ne quis unciario fœnore amplius exerceret,cùm antea ex libidine locupletium agitaretur. Dein rogatione Tribuniciâ ad ſemuncias redacta: poſtremò vetita verſura, multisq; plebis ſcitis obviam itum fraudibus, quæ totiens repreſſæ, miras per artes rurſum oriebantur. Sed tum Grachus Prætor,cui ea quæſtio evenerat,multitudine periclitantium ſubactus, rettulit ad Senatum, trepidiq; patres (neque enim quisquam tali culpâ vacuus) veniam à principe petivêre: & concedente annus in poſterum, ſexq; menſes dati, quîs ſecundùm juſſa legis, rationes familiares quisque componerent. Hinc inopia rei nummariæ,commoto ſimul omnium ære alieno: & quia tot damnatis,bonisq; eorum divenditis, ſignatum argentum fiſco vel ærario attinebatur. Adhoc Senatus præſcripſerat,duas quisque fœnoris partes in agris per Italiam conlocaret. Sed creditores in ſolidum appellabant. Nec decorum appellatis minuere fidem. Ita primò concurſatio & preces; dein ſtrepere Prætoris Tribunal. eaque quæ remedio quæſita,venditio & emptio, in contrarium mutari; quia fœneratores omnem pecuniam mercandis agris condiderant. Copiam vendendi ſecutâ vilitate,quanto quis obæratior, ægriùs distrahebant. Multiq; fortunis provolvebantur, everſio rei familiaris, dignitatem ac famam præceps dabat. donec tulit opem Cæſar, diſpoſito per menſas millies ſeſtertio, factaq; mutuandi copiâ ſine uſuris per triennium, ſi debitor populo in duplum in prædiis caviſſet. Sic refecta fides,& paulatim privati quoque creditores reperti. neque emptio agrorum exercita ad formam Senatusconſulti, acribus, ut fermè talia, initiis, incurioſo fine. Priſcis ſanè Germanis fenus agitare, & in uſuras extendere ignotum fuit.

b) Relinquitur itaque creditoribus optio, utrum videlicet loco ſui allegati intereſſe cum uſuris quincuncibus ad centenarium contenti eſſe velint,an verò de alio majore intereſſe probare annuant. quod ab æquitate & juſtitiâ non eſt alienum, maximè in illis locis,ubi habentur emporia celebratiora, & pauci reperiuntur,qui ſub uſuris quincuncibus mutuant. Et ſi creditor,intereſſe

Tertius caſus: Indulto ſimpliciter termino ad probandum, ſi quidem pars teſtes produxerit, ut commodè intrà terminũ examinari potuerint; deq́ue eo judicem vel examinatorem interpellaverit, tum eam ſatisfeciſſe termino putandum eſſe, *Bald. in l. properandum. §. ſin autem utraq;. C. de jud.*

Quartus: Si dilatio à judice ad probandum probatumq́; habendum conceſſa ſit, non ſufficere teſtes in termino juraſſe, ſed eorundem quoq; examinationem ante lapſum termini requiri. Quod limita, niſi teſtes degant in longinquis partibus.

Quintus caſus: Dilationem ſub iſtis verbis datam: *Ad probatum habendum per omne genus probationis*, omnes probationes excludere, adeò quòd à dilatione elapsâ nec jusjurandum in defectum probationis amplius præſtari poſſit. Cæterùm quando ſufficit, teſtes in termino probatorio juraſſe, quòd tunc eorum ſubſecuta depoſitio referatur ad diem quo jurarunt, vide *Guid. Pap. quæſt. 125. Roland. à Valle conſ. 71. num. 30. lib. 1.* Joh. *de Amic. conſil. 108. num. 1. Mynſ. 6. obſ. 32. 3. obſ. 80. Menoch. lib. 1. quæſt. 26. arbit. Farinac. quæſt. 74. num. 109.* Adhibe hîc παρθήκην, *Hartm. tit. 12. obſ. 4. num. 3. 16. & ſeqq.* Quid in Camerâ receptum ſit, ſi depoſitio teſtis fiat ante juramentum, & in continenti illud ſubſequatur, lege *Gail. 2. obſ. 101. num. 9.* & diſtinguentem *Mynſ. 4. 2. obſ. 77.* Conſuetudo quoque militat, ut teſti injurato credatur. Sic in regno Bohemiæ & Archiducatu Auſtriæ, itemque Bavariâ & plerisque aliis locis receptum eſt, ut illuſtres teſtentur **vnder jhren handſchrifften vnd pitſchafften.** Poſſunt etiam Aulici in cauſis aulicorum deponere, **bey dem eide/damit ſie jhren Herren zugethan.** *Gail. d. l. num. 15. Mynſ. 2. obſ. 3. Wurmſ. tit. 18. obſerv. 9.* Alios caſus præſtantiſſimus capitalium *Farin. quæſt. 74. num. 50. & ſeqq.* cumulat.

§. 135. Cùm antehac quoque publicatis atteſtationibus pluribus iteratisq́; Receſſibus cauſa acta ſit, quibus ipſo tempore jam adverſus [a] depoſitiones agẽdi imminẽte, Procuratores innuerint, ſibi modò ex Cancellariæ monumentis factam atteſtationũ copiam [b], primumq́; ab eo temporis articulo, quo id commemorârint, terminum currere [c] velint. Quò itaq; judex Procuratorum induſtriam & negligentius ſtudium certò ſemper

hîc

hîc cognoſcat, operoſis iſtis Receſſibus nuntium remittimus,eosque hoc decreto abdicamus; Viciſſim verò præfectus [d] Cancellariæ curabit accurabitque,ut flagitatarum [e] perſcriptarumq; & redemptarum dies ipſis in Cancellariâ Rotulis inſcribatur adſigneturq;.

a) Publicatis enim atteſtationibus, partes poſſunt ſcripto, tam contra perſonas teſtium, quàm eorum depoſitiones excipere, & ſimul intentionem ſuam ex dictis teſtium comprobare, vulgariter Beweiſungſchrift appellant. *Gail. 1. obſ.105. num.17.* Cæterùm publicatio Rotulorum ad cauſas extraordinarias ſpectat, *Ordin.part.3.tit.3. in princ.*

b) Commiſſarius Rotulum ſive atteſtationes partibus non communicare,ſed ſuo ſigillo ad committentem transmittere debet, *Gail.1.obſ.96.num.9.* Sic, quamvis partes, quæ immediatè Imperio ſubjectæ, & tamen in primâ inſtantiâ privilegiatæ ſunt, poſſint petere examinari teſtes ad memoriam in Cameræ Tribunali: Attamen hujusmodi Commiſſiones ita fiunt, ut Commiſſarius ad tale examen deſtinatus,teſtium dicta clauſa ad Cameram transmittat, & quando pars producens petit Commiſſarium à judicibus Cameræ ad edendum ſibi Rotulum examinis, negatur ipſi: decernuntur tamen compulſoriales, ut Cameræ edat expenſis producentis,retineturque in Camerâ ab actorum magiſtris ſive actuariis,donec controvertentes,vel coram judicibus privilegiatis,hoc eſt,Auſträg/ vel aliâs publicari petant, ut in Camerâ publicatio tanquam à judice,qui commiſſionem decrevit,fiat, *Mynſ.1.obſ.18. Gail.1.obſ.93.num.5.* vide ſuprà §.*29.* qui huc ex aſſe & uſu facit. Adjungit tamen *Gail.d.l.num.5.* Procuratores hujusmodi examina teſtium judicialiter,vel etiam extrajudicialiter producere conſueviſſe, adjunctâ petitione, ut ab actorum magiſtris inter acta judicii ad futuram neceſſitatem diligenter adſerventur. Quòd Commiſſionum ad perpetuam memoriam extrajudicialiter obtentarum Rotuli judicialiter non producantur,ſed Lectoribus (ſcripto eam rem profeſſis) adſervandi tradantur,meminit *Denaiſ.rubr.44.num.3.* Si teſtium dicta nondum publicata,à procuratoribus velut cognita disputentur; quæſtione habitâ Commiſſarii vel adjuncti in quos à Camerâ vindicari nequit,ad Viſitatores deferuntur, *Denaiſ.rub.40.n.3.* Petitâ & denegatâ publicatione, ſi non à denegatione appelletur,

valebit ſententia, *Guid. Pap. quaſt. 586. & 368. Alex. conſ. 120. nu. 7. lib. 7. Anchar. conſ. 53.*

c) Terminus non niſi à die factæ in Cancellariâ atteſtationum documentorumq; copiæ computatur: hactenus tamen ſi de diligentiâ procuratorum in iis petendis, ex protonotariorum relatione (quod nunc per hunc ipſum §. obrogatum eſt) conſtet, *Den. rubr. 305. n. 2.* Quo ordine, probatorio termino effluxo, publicatio atteſtationum petatur, inſtrumenta & jura offerantur, vide *Ordin. part. 3. tit. 17. in princ.*

d) Præfectus Cancellariæ aut Tabulario (qui Deputati nunciorum magiſtriq; eorum etiam dignationem retinet, *Ord. part. 1. tit. 44. §. ult. Ordin. part. 1. tit. 55. in princ.*) quid agat provideatq; ſollicitiùs, cognoſce ubertim è *Denaiſ. rubr. 62.* Idem Cancellariam, ejus munia & alia publico diſpectui, *rubr. 61. & ſeqq.* expoſuit. Vide hîc *Receſſ. anno 1570. §. 63.* In unſers Cammergerichts.

e) Procuratores olim atteſtationum copias è Cancellariâ petentes, ſchedis diem adſcribebant, earum deinde exempla pro ſui excuſatione edebant: aliter poſt terminum non audiebantur, *Denaiſ. rubr. 305. num. 3.*

§. 136. Cùm Conſultum, anno CIƆ IƆ LXX [a] hîc Spiræ confectum bono teſtatoque conſilio arbitretur, poſt [b] publicatas atteſtationes neutri parti utrimque plus duo in univerſum ſcripta concluſioni [c] ſervientia proferendi fas eſſe: angantq; in deterius audita, robur ſanctioni non conſtitiſſe, ſed plura ſcripta invaluiſſe, Receſſusque multos & otioſos ex ſupervacuo foviſſe, dum & reus & actor tempus flagitaverint, eoq; præpoſterè lapſo, adverſus probationes & exceptiones ab adverſâ parte jam olim prolatas agendi, procedendi, quaſi re integrâ copia fuerit. Ut itaque repetita ſanctio priſco cultu fulgeat, & certi rei limites ſint, ſententiâ exactè ad cynoſuram revocatâ cognovimus, præſtare ut illi ſecundùm lineam locus ſit, & publicatis teſtium dictis, bina ſcripta utrimq; neu plura producantur, & ſic concludatur.

a) §. 98.

a) §.98. **Was vnd wie vil.**

b) Omiſsâ etiam proteſtatione, exceptiones poſt publicationem Rotuli tam contra dicta quàm perſonas teſtium in Camerâ, Conſiſtorio ſummi Principis admittuntur, *Gail.1.obſ.87. num.5.* adde eundem *1.obſ.105.num.8. Matth. Coler. tract. de except.cap.1.* Probationes exhibitæ quo termino à die communicatarum copiarum dinumerando, oppugnentur, vide *Ordin. part.3.tit.18.in princ.* Hunc certè in finem prænotata *Ord.part. eâd.§.1.* **Damit man.** flagitavit, ut ſcribæ petitarum, traditarumque diem adnotarent: expeditionem tum Procuratoribus, tum Protonotariis ſignificarent, eam rem, cùm uſus eſſet, atteſtaturis. Termino oppugnandi ſcripta probatoria vel exceptoria quæ comminatio adjiciatur, cognoſce ex adnotatis ad *§.127.ſup.lit.C.* A teſtium publicatione, ſi cauſa coram judicibus inter principes reos, & inferioris ordinis actores verſetur, quæ ſcripta ab utrâvis parte exhibeantur, adpone *Ordin.part.2.tit.4.* §. **Vnd ſo alſo.**

c) An omiſſio concluſionis in causâ vitiet ſententiam, quærunt, ſolvuntq; *Mynſ.3.obſ.17. Gail.1.obſ.107.num.2. Hartm.tit.17. obſ.1.num.5.* De concluſione cum clauſulâ ſi quid facti, &c. & reſervatoriâ, vide *Gail.d.l.num.8.15.* An poſt concluſionem probationes recipiantur, multis explicat *Gail.d.obſ. & obſ.108. Mynſ. 3.obſ.17. 6.obſ.56. Hartm.tit.17.obſ.2. & 3. Ordin.part.3.tit.23.§.5.* **So aber etwas.** Nota etiam, quòd judex invitis partibus, vel alterâ earum, ſi datæ ſint ſufficientes dilationes, poſſit cauſam pro conclusâ acceptare; idq; in Camerâ judicii Imperii cottidiè ex uſu obſervatur, *Mynſ.d.obſ.17.nu.14.* De totâ teſtium materiâ arduâ, fructuosâ, cottidianâ, & vulgò notâ, nihil appono, ne audiam adagionem; ὑδὲν πρὸς ἔπος: Capiant alii ſpicas, imò faſces. Veri rectique præceptores (arbitrum elegantiarum adgnoſcis) habent *Gail. 1. obſ.99.100.101.102.103.104. & 105.* *Wurmſ.tit.18.* integro. *Hartm.tit.15.* qui compoſitè & ex ordine talia agunt. Mynſingeri (qui meritò jus ſententiæ dicendæ primo loco habebit) *πολυδαίδαλα* ſcripta, quæ favente & vocante patronâ Themide, de jure fecit. Ille enim docta, ardua hîc diſperſim adgregat, confert. Utilem etiam commodamque (ita planiſſimè puto) operam hîc navavit *Johan. Althuſ.* JCtus *lib.3. Dicæol.cap.29.30.31.32.33.34. 35.36.*

§.137. Cùm in puncto expenſarum, quæ victori adjudicantur, ut Ordinatio [a] quidem innuit, adnuit, abſ-

que judicii figurâ de plano procedendum ſit, & brevitatis cura præcipua habeatur, ejusque definitioni aliàs pluſculum temporis impenſum dequerantur, eò vota penitiſſimè inclinarunt, ut impoſterum non tantùm deſignationes [b] expenſarum [c]; verùm & exceptiones in novis exhibeantur: at ſine juſtâ ſpecialique approbatâ causâ non replicetur.

a) Vide *Ordin.part.3.tit.50.& tit.3.in princ.* Et in executionis articulo, cauſarum merita, non repetenda adfirmat *Den.rub.21.num.5.* quem qui referentes expediant, docet idem *rub.8.n.16.* Adfer *rub.70.eundem. Gail.1.obſ.113.num.10. Frid.lib.2.de mand. c.58.n.3.*

b) Idem deſignaverat jam olim **der gemeine Beſch.** *ann.1585. 23.Aug.confect.§.2.* **Aber** deſignationes. *Denaiſ.rub.274.num.11.*

c) Vide de expenſarum materie etiam obſervata mihi *ad §.51. 52.58.& §.66.* Non requiritur in condemnatione expenſarum citatio, *Wurmſ.tit.6.obſ.15.num.1.* Quæ expenſæ in computationem calculumq; veniant, quæve illarum taxatio ſit, contulerunt *Denaiſ.rubr.66.idem rubr.137.& 244. Gail.1.obſ.151.n.3.4.* adde *Ordin.part.1.tit.13.§.9.* **Weiter ordnen.** Expenſæ retardati proceſſus non reſervantur ad finem litis. *Ordin.§.6.* **Wir wollen auch.** *part.3.tit.50.& tit.42.§.ult. Mynſ.4.obſ.67. Wurmſ.tit.7. cap.8. Mynſ.1.obſ.23.& 45. Gail.1.obſ.60.& 151.num.15.* Et veniunt hæ expenſæ ante litis conteſtationem factæ jure actionis, item peti poſſunt officio judicis, *Hartm.tit.21.obſ.1. Mynſ.4.obſ. 48.Gail.1.obſ.151.num.14.* Expenſæ etiam illæ transactione initâ de negotio principali, ſi de expenſis nihil dictum ſit; ulteriùs peti poſſunt. Sique judex omiſiſſet talem condemnationem, poteſt uſque ad definitivam eam ſupplere, *Mynſ.1.d.obſ.23.* Dicuntur autem expenſæ petitæ, ſi libello adjectæ ſint clauſulæ ſalutares: *Peto mihi jus & juſtitiam miniſtrari omni meliori modo, Mynſ.4. obſ.55.* Poſtremò etſi de jure communi in compenſatione expenſarum, judex cauſam compenſandi diſertè exprimere & reddere teneatur; tamen Cameræ Tribunalia hoc non obſervant, ſed generalibus verbis fit compenſatio expenſarum, **aus beweglichen vrſachen.** *Gail.1.obſ.151.num.23.* Hodie tamen largior æſtimatio expenſarum quàm hactenus initur, nec facile fit compenſatio, *Denaiſ.rubr.137.num.9.* Litis expenſas moderandas, & ex ipſius

Reip.

Reip. commodo ampliſſimo parciùs à volentibus litigantibus, tricantibusq; accipiendas, Politicorum quîs patriæ incolumitas τὸ τέλος σκοπιμώτατον eſt, monitum & verbum eſt. Sacræ litteræ oracula religionis abundè idem vovent, *Deut.c.16.19. 1.Sam.c.8. 2.3.4.5. Proverb.c.17.23.* adde *Novell.17. & 25. de mand.princ.c.1. & l.final.C.ad l.Jul.repet.*

§.138. Cùm prætereà in liquidationibus, aliíſve petitionibus nummariis quę pretium quod intererit ſpectant, aut æſtimationibus, perſæpe differentia & in Camerę Tribunalibus uſu non cognita numiſmatum genera, illic locorum & gentium, ubi partes morantur, frequentia deſignata fuerunt, quæ judex ad certam ſummam moderari & arbitrari non potuit; Itaque hujus ſententiæ conſulto ſeriò procuratores monemus præmonemusque, ut has & alias ejusmodi petitiones, quæ pecuniæ ſummam per Imperii Auguſtiſſimi orbem infrequentis conficiunt, vel ad monetam Imperialem adprobatam [a] expediant, pendant, vel expreſſarum ſpecierum pretium, & ad illam juſtam certamq; proportionem judici nominatim innuant.

a) Ad rationem ſcilicet florenorum Rhenenſium & cruciatorum reducant, *Denaiſ.rubr.136.num.2.* Deſignationes autem in novis exhibentur, *Denaiſ.ibid.* & per Lectores ſine morâ, quò maturiùs ad executoriales deveniatur, expediendæ traduntur, *Ordin.part.1.tit.33.§.2.* verſ. **Sonder die Leſer.**

§. 139. In integrum reſtitutio adverſus interlocutoriam ſi petatur, ſeriò diſcuſſimus, Procuratore apud acta conſtituto, cùm facili proceſſu res iſta agatur, peculiari citatione opus non eſſe, ſed hujusmodi petitiones quamprimùm pro Tribunali ſummatim vel articulatim [a] utrum judex juſſerit, proferendas.

a) *Ordin.part.3.tit.52. in princ.* exigit, ſi juſtæ cauſæ reſtitutionis ſubeſſe videantur, ut articulatim proponantur. De ſententiá interlocutoriâ, ſuccincta adcumulavi *ad §.108.* & præceden-

tes aliquot,quæ, ſi tanti, hîc etiam vide,lege, proba. De reſtitutione in integrum pauca etiam elaboravi *ad §.15.ſuprà lit. c.* revidenda & percognoſcenda.

§. 140. Caput mutui in fronte decreti fixum quod jam nunc ſpectat attinetq́ue, bono conſilio *Electorum, delectorum Principum & Ordinum* Togati qui incoràm glorioſum legationis curſum obeunt,ejus commeminerunt,quod hac ipsâ causâ in ampliſſimo Deputatorum conſeſſu Wormatiæ, urbe illuſtri, anno CIↃIↃ LXXXVI. pertractatum novimus, noſtróque miſſu primariæ claritudinis viri acceptum confectumq; tulerunt,in ambiguâ nempe iſtâ uſurarum lite *an in mutui contractibus,quò tricantes controvertentesq́; in Imperii ipſius Tribunali cùm punctus liquidationis agitur,grandes gravesq́; proceſſus ſubterfugere poßint, & Tribunalis fides conſcientiaq́; non advocetur, id quod intereſt à tempore moræ certò definiendum ſit ?* debitore moram reſtituendi pecuniam mutuam connectente & verſante, tenere ipſum creditori cùm dies ceſſit (probabiliter enim concluditur, creditorem ab illius temporis lapſu pecunias in alios uſus utiliter conferre, & maximo jure ex uſu centum florenorum quinque lucrari faciliùs potuiſſe) id quod refert & intereſt exſolvere; Quod gratum ratumq́ue clementiſſimè habuimus.Itaque nunc iterum libra deliberationis noſtræ huc paratiſſimis ſententiis vergit, ut id quod rectè intererit à tempore moræ ſarciatur,& pro uſu centum florenorum quîs fidem præjuvit quinque [a] exactè dependantur, aut ſi creditor uſuras quincunces abnuat, & tam ex lucro ceſſante quàm damno emergente plus [b] exigere præſumat, id quod à moræ interjectu putat,edocere,judicisq́ue ſententiæ conſultiùs ſubmittere liberum integerrimumq́; ſit.

a) De uſuris paucula præmittam quæ generaliùs obtinent. Duo uſurarum diſtrictè damnatarum genera cenſentur. Unum

ex

ex parte debitoris, qui paupertatem inopiamque innocentem profitetur, ſi ille exugatur per iſtas lamias, de quibus vulgatus verſus ille obtinet:

Non miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo.

Petr. Heig. lib. 2. quæſt. 1. Alterum creditoris intuitu, qui plus juſto intereſſe flagitat nomine ſortis. Et id loquuntur ſanctiones Imperii; anno *1500* ordinatum eſt, ne Ordines conniveant ad uſurarios contractus: **Sie ſollen wucherliche/gefehrliche vnd vnzimliche contract/nicht leiden/dadurch landen vnd leuten mercklicher ſchade zugefüget wirdt.** *anno 1530.* præmittitur, **Die Kaiſerliche Majeſtat komme in erfahrung / daß vnzimliche / vnchriſtliche/ wucherliche contract wider Gott vnd Recht getrieben/ꝛc.** Tales verò uſuræ quæ vicem & compenſationem ejus quod intereſt aut fructuum obtinent, nequaquam inlicitas eſſe, Dd. ipſi tradunt, *Anton. Faber deciſ. 1. pragm. error. 2. l. 5. C. de act. empt. Celer. de proc. exec. part. 1. cap. 10. à num. 35.* & prioritas temporis habet locum, tam in ſorte, quàm uſuris, *Mynſ. 1. obſ. 59. Gail. 2. obſ. 5. n. 12. Hartm. de credit. obſ. 8.* An uſura & ſors eodem libello peti poſſint, exegit idem *Mynſ. 1. obſ. 57.* Si mandante Principe ſubditi mutuum dare cogantur, ut in Belgio factum aliquoties, *Gail. 2. obſ. 5. num. 17.* meminit, licitè ultra ſortem aliquid accipitur, *Vaſq. lib. 1. de ſucceſſ. §. 6. num. 21. cum ſeqq. & 1. illuſtr. controverſ. cap. 6. num. 7.* Eſt quoque uſura frumentaria, quæ in frumento, vino, aliisque fructibus, ſive aridis, ſive liquidis conſtituitur, quæ conſimiliter ad uſuræ pecuniariæ rationem redigenda & revocanda eſt, *Molinæus quæſt. 21. num. 222. & ſeqq.* de contractibus. *Deputat. anno 1577. cap. 19. §.* **Hierauff ſetzen.** copiam cuilibet facit, agricolis (de quorum cumulatiſſimis immunitatibus & privilegiis, Conſtitutiones Imperii, quæ *anno 1548.* in Comitiis Auguſtanis, & *anno 1570.* in Comitiis Spirenſibus, nec non in politicis ſanctionibus Francofurtenſibus, *anno 1577.* promulgatæ ſunt, agunt) pro frugibꝰ vel vino pecuniam mutuandi vel prorogandi, ſed ita, ut mutuum promutuúmve ad æſtimationem quæ tempore contractus poſt meſſem vel vindemiam quaternis denis diebus frequentabitur, referatur. Si quis etiam ex causâ mandati vel negotiorum geſtorum pro alio, non ſolùm ſortem debitam ſolverit, ſed ejus etiam ſortis uſuras, eo caſu uſuræ uſutarum debentur. Quia mutata conditio perſonæ & debiti facit, ut quæ in perſonâ primi creditoris fuerunt uſuræ, cœperint locum ſortis obtinere in perſona ejus qui pro alio ſolvit, *Ant. Fab.*

deciſ.20.error.1. de error. pragmat. Aliâs uſuræ uſurarum nullæ permiſſæ ſunt, licet antea uſuræ in ſortem fuiſſent redactæ, *l. 28. C. de uſur.* nec pœnam ſupra legitimam uſurarum quantitatem in fraudem uſurarum adjicere conventionibus licet, nec uſuras uſurarum paciſci. **Wann man wil mit der hauptſummen ſteigen/ vnd dieſelbe vmbſchlagen.** *Deput. anno 1577. c.20. in princ.* exigit, ut Judæi anatociſmis menſtruis (ſunt tales uſuræ quæ & *παλιντοκία, Ariſtoteli πολυτοκία*, aliis fera *ἀργυρόδοκος* dicuntur) ſubditis cum quibus vivunt, non ſint moleſti. Nec licet ſtatim uſuras detrahere à ſorte principali, neque in ſortem uſuras redigere; neque fructuum uſuras exigere vacat, hereditate exceptâ, *Johan. Althuſ. lib.1. Dicæol. c.66. num.42.* neque uſuræ amplius debentur, uſuris ſortem principalem duplicantibus, *Molinæus de uſur. num.47.107.108.* quod tamen hodie non procedere, traditum *Fridero lib.2. de mand. cap.73. num. ult.* Adhibe hic ſeriò ſanctionem Politicam, *anno 1530. & 1548.* cap. **Von wucherlichen Contracten**/ quæ pactiones aliorum compendiorum numerat enumeratque, *Coler. d.l. num.77.* ubi agit de illis qui ultra uſuram capiunt, **Raht vnd Dienſtgelt. Item/ Wechſelgelder.** Uſuræ autem hoc tempore ad certam formam & modum, ut hîc etiam liquet, reductæ & redactæ ſunt, ut hodie quinque vel ſex in 100 pendantur. adde *Gail.2. obſ.4.7.* & *Deput. anno 1577. cap.20.* **Vnd dieweil man. Des Reichsabſchiede** *de anno 1500. 1530. 1548.* Ordin. provinciales Electoris Auguſti *ſub tit.* **Vom wucher.** *anno 1555. Joh. Fichard.1. conſ.29. Weſenb. conſil.50.96. & conſ.14. Schurff.3. conſ. cent.2.* qui tantùm Conſtitutiones Imperii accipit, de uſuris permiſſis in retrovenditionibus, *Hartm. Piſtor. in quæſt. reſp.49. num.24. part.1.* Atque ita Imperator in hereditariis ſuis & regni Bohemiæ provinciis permittit etiam in mutuo uſuras ad ſex pro centum in annos ſingulos. Quamvis conſuetudo cujusque regionis, in quâ conventio celebrata, hîc ſit attendenda, *l.1. de uſur. l.3. §.1. de cont. tut. act. l.7. §.10. de adminiſtr. tut.* Conſequentia iſta præjudicia monent & purè adfirmant, quæ uſuræ in Imp. Tribunali legitimæ & honeſtæ cenſeantur. 1. *anno 1570. 11. April.* pronunciati formula ejusmodi eſt. **In ſachen T.T. Appellanten eins/ gegen vñ wider N. Juden zum roten Hut/ ꝛc. Appellaten/ andern theils/** conventionis; **iſt allem vorbringen nach zu Recht erkant/ daß die Vrtheil voriger inſtantz zu reformiren ſey/ als wir ſie auch hiemit reformiren: Nemlich/ der geſtalt/ daß/ ſo vil den erſten theil der zuerkanten 500. fl. auch 180. fl. ab-**

fl. abzugs belangt/wol geurtheilt/übel davon appellirt: aber betreffend den übrigen theil/ übel geurtheilt / wol davon appellirt: vnd gedachter Appellant ermeldtem Appellaten/an ſtat des verwilligten wuchers/das Intereſſe. von zeit an des verzugs/ ſo vil er deſſen/ wie recht/ liquidiren vnd darthun wirdt/ von berürter ſummen zu bezahlen ſchuldig/als wir jhn auch hiemit darzu condemniren vnd verdammen: die gerichtskoſten deßwegen/an diſem Kaiſerlichen Cammergericht aufgeloffen/ aus bewegenden vrſachen gegen einander compenſirend vnd vergleichend. II. anno 1591. menſ. Februar. In ſachen X. H. jetzt deſſen hinderlaſſener wittiben / vnd G. D. Appellanten eins / gegen vnd wider Z. vnd C. beiden Juden zu G. Appellaten/andern theils/ Iſt D. Gödelmann ſein in der den 18. Junii/ anno 1585. eyngebrachter Probationſchrift beſchehen/begeren abgeſchlagē: ſondern die ſach/ von amptswegen/ für beſchloſſen angenommen: darauff vnd allem vorbringen nach zu recht erkant/daß die Vrtheil voriger inſtantz zu reformiren ſeye/ als wir ſie auch hiemit reformiren: nemlich der geſtalt/daß gedachte Appellanten jhnen den Appellaten/ die articulirte vnd bekanten 3415. Thaler/ hauptſummen (doch das jenige ſo albereit an barem gelt oder ſonſten erlegt/ davon abgezogen) gegen heraußgebung dero in Actis angezogene pfand volends zu entrichten/ auch an ſtat des verwilligten wuchers/ das Intereſſe von zeiten an des verzugs (ſo vil ſie deſſen/ wie Recht/ liquidiren vnd darthun werden) jhnen den Appellaten zu bezahlen ſchuldig ſeyn: als wir ſie auch darzu reſpectivè condemniren vnd verdammen compenſatis expenſis. III. anno 1614. 12. April. prolati hæc ſententia fuit: In ſachen Wolffgang Wicharts Appellanten wider Samuel Juden zu Steinheimb Appellaten/ iſt erkant/ daß ſolche ſach durch vorgenommene Appellation/an diß Kaiſerlich Cammergericht nicht erwachſen: ſondern an Richtern vorgehender inſtantz zu remittiren vnd weiſen / gedachten Appellanten in die gerichtskoſten derowegen vffgeloffen/ jhme dem Appellaten nach rechtlicher ermeſſigung zu entrichten/vnd zu bezahlen fällig ertheilend. Jedoch den in Actis angezogenen übermäſſigen wucher/ als den beſchriebenen gemeinen Rechten/ vnd des heiligen Reichs Conſtitutionen vnd Ordnungen zu wider / hiemit vnd von amptswegen vffheben/ caſſiren / vnd auf fünf von hundert moderiren vnd taxiren. Adi præterea hîc congeſtas *Meiſchers Deciſiones*, quæ quid in

uſuris teneat, & quem judicem ſortiantur, per vota luculenter adponunt. Sententias modò adlatas & pronunciatas in Camera confirmant *d.Receſſ. anno 1548. c.20.* qui flagitat, ut uſuris Judaicis quisque pro ſe Magiſtratus frænum injiciat; *Deputat. anno 1577. cap. 20.* §. **Vnd dieweil man.** qui exigit, ut uſuras quincuncibus majores Judæi non exerceant. Alia Judæos ipſos attinentia, & improbitatem eorum in theatrum adducentia, ſubnotat idem decretum *d.l.& Receſſ. anno 1551.* §. *80.* **Diſem zu begegnen.** §. *81.* **Zu dem wollen.** In quas pœnas ſe induant uſuratii, quive fraudem his fecerint, enucleatim poſuit *d.Receſſ. anno 1548. c. 17.* §. *6.* **Dieweil aber ſolche.** Scilicet ut pacta inlicita à judicibus quibusvis ad quos deferentur, invalida & nulla eſſe pronuncientur; à nemine executioni demandentur, uſuratii quartâ ſortis parte multentur; & Magiſtratus negligentes Fiſcalis ad pœnam duarum, trium vel quattuor marcarum auri conveniat, *Deputat. anno 1577. cap. 19.* §. **Hierauff ſetzen.** enixè exigit flagitatque, ut qui fraudem commiſerit, ſorte atque etiam honoribus & bonis quantumvis nemine quiritante, ex officio multetur. Quis verò uſurarius dicatur, vide latiùs *Menochium in arbitr. quæſt. caſ. 235. Covarr. lib. 3. variar. reſolut. cap. 3. Lud. Peguer. crim. quæſt. cap. 31. num. 4. 5.*

Jus commune ſi ſequimur, pœna fœneratoris improbi eſt reſtitutio uſurarum indebitè perceptarum: *Jul. Clarus in* §. *uſura. num. 11.* infamia, *Menoch. caſ. 398. Covarr. lib. 3. reſolut. c. 3. num. 2.* & *alia* inſuper *arbitraria, Clar. d.l. num. 10. Menoch. d.l. nu. 14. 15. & ſeqq. Conventionis uſurariæ caſſatio, Menoch. d.l. num. 17. Gail. 2. obſ. 4. & 5.* Rerum quoque quas à debitore uſurarius extorſit, dominium in uſurarium non transit, *Clar. d. l. num. 12.* Cùm quodammodo furtum facere dicatur, nec judex eſſe poteſt, *Vant. tit. de def. jurid. deleg. num. 51.* Nec teſtari uſurarius poteſt, priusquam cautionem de reſtituendis uſuris præſtiterit, *Clar. d.l. n. 13. 14.* nec mortis causâ donare, *Johan. Althuſ.* JCtus γνήσιος *lib. 1. Diceol. cap. 141. num. 9.* Notarius etiam conficiens uſuraria inſtrumenta perjurium committit, & infamia notatur, *Hipp. ſing. 181. num. 4.* Quinimò (ut longiùs rem à capite arceſſamus) Claudius Imp. *Tacito lib. 11. Annal.* indice, lege latâ ſævitiam creditorum coërcuit, ne in mortem parentum pecunias filiisfamiliarum fœnori darent. Et eodem Tacit. prodente *lib. 6. Annal.* Tiberio Cæſare, magna vis accuſatorum in eos inrupit, qui pecunias fœnore auctitabant adverſum legem dictatoris Cæſaris,

quâ

quâ de modo credendi, poſſidendiq; intra Italiam cavetur, omiſſam olim, quia privato uſui bonum, decus, publicum poſtponitur. Sanè vetus urbi fœnebre malum, & ſeditionum diſcordiarumq; creberrima cauſa: eoq; cohibebatur antiquis quoque & minus corruptis moribus. Nam primò duodecim tabulis

——— (*ſunt tabulæ peccare vetantes*
Quas bis quinq; viri ſanxerunt.)

ſanctum, ne quis unciario fœnore amplius exerceret, cùm antea ex libidine locupletium agitaretur. Dein rogatione Tribuniciâ ad ſemuncias redacta: poſtremò vetita verſura, multisq; plebis ſcitis obviam itum fraudibus, quæ totiens repreſſæ, miras per artes rurſum oriebantur. Sed tum Grachus Prætor, cui ea quæſtio evenerat, multitudine periclitantium ſubactus, rettulit ad Senatum, trepidiq; patres (neque enim quisquam tali culpâ vacuus) veniam à principe petivêre: & concedente annus in poſterum, ſexq; menſes dati, quîs ſecundùm juſſa legis, rationes familiares quisque componerent. Hinc inopia rei nummariæ, commoto ſimul omnium ære alieno: & quia tot damnatis, bonisq; eorum divenditis, ſignatum argentum fiſco vel ærario attinebatur. Ad hoc Senatus præſcripſerat, duas quisque fœnoris partes in agris per Italiam conlocaret. Sed creditores in ſolidum appellabant. Nec decorum appellatis minuere fidem. Ita primò concurſatio & preces; dein ſtrepere Prætoris Tribunal. eaque quæ remedio quæſita, venditio & emptio, in contrarium mutari; quia fœneratores omnem pecuniam mercandis agris condiderant. Copiam vendendi ſecutâ vilitate, quanto quis obæratior, ægriùs diſtrahebant. Multiq; fortunis provolvebantur, everſio rei familiaris, dignitatem ac famam præceps dabat. donec tulit opem Cæſar, diſpoſito per menſas millies ſeſtertio, factaq; mutuandi copiâ ſine uſuris per triennium, ſi debitor populo in duplum in prædiis caviſſet. Sic refecta fides, & paulatim privati quoque creditores reperti. neque emptio agrorum exercita ad formam Senatusconſulti, acribus, ut fermè talia, initiis, incurioſo fine. Priſcis ſanè Germanis fenus agitare, & in uſuras extendere ignotum fuit.

b) Relinquitur itaque creditoribus optio, utrum videlicet loco ſui allegati intereſſe cum uſuris quincuncibus ad centenarium contenti eſſe velint, an verò de alio majore intereſſe probare annuant. quod ab æquitate & juſtitiâ non eſt alienum, maximè in illis locis, ubi habentur emporia celebratiora, & pauci reperiuntur, qui ſub uſuris quincuncibus mutuant. Et ſi creditor, intereſſe

quod incertum eſt dimiſſo, urgeat paratam executionem ſuper ſorte, cautiùs faciet cum proteſtatione, quòd per hoc non intendat renunciare petitioni intereſſe. Illud tamen *Coler.* ὁ ἀξιώματος *d.l.num. 101.* hoc caſu quo debet haberi reſpectus etiam ad intereſſe ceſſantis lucri, ad officium judicis pertinere bene memorat, provideat, ne illis emendicatis, & apud alios daniſtas aut manifeſtos fœneratores collectis ſuper prætenſo intereſſe ſuffragiis & teſtimoniis, nimium fidei tribuat. adde eundem *part.3. cap.1.* ubi plura de probatione intereſſe ediſſerit, ſolida, plana. An, quando uſuris quincuncibus computatis, bona rei pro ſatisfactione omnium creditorum non ſufficiunt, uſurarum etiam quincuncium ratio ulla habeatur? negat *Coler.d. l.nu.112.* Quod pari ratione extendit ad cauſam veri intereſſe poſteriorum creditorum, puta, quando illi probant, ſe ob moram debitoris alibi contraxiſſe magnam æris alieni ſummam & ſub gravi interuſurio: vel ex morâ debitoris coacti fuerunt, vendere paternos lares & prędia: ad hoc, inquam, intereſſe, tanquam damnum emergens aut lucrum ceſſans, quod paſſi fuerunt revera creditores poſteriores, circa diminutionem ſui patrimonii, magis eſt habendus reſpectus, quàm ad uſuras lucratorias, cùm de damno vitando dimicent & certent. Et tale intereſſe vocant uſuram recompenſatoriam quæ ad indemnitatem ſpectat, ut, quæ nihil aliud eſt, niſi ejus, quod abeſt creditori propter moram obligati, legitima & æqualis compenſatio, *Molinæus de commerc.in pr. num.5. & in conſuet.Pariſ.tit.1.§.1.gloſſ.9.num.20.* Quod intereſſe damni emergentis etiam initio contractus & ante moram, expreſsâ certâ quantitate in ſtipulationem & pactum venire poteſt, *Domin.Soto eruditiſſ.inter ſuos Theologus lib.6.de juſt.& jur.quæſt.art.3.* Imò etiam de lucro certo creditor initio contractus paciſci poteſt, dummodo poſt moram probet, tanti ſua verè intereſſe, *Johan. Bapt.Lupus tract.de uſur.comment.1.§.6.num.122.cum ſeqq.* Quæ tamen omnia intelliguntur ita, ut ſi omnes alii creditores de ipſorum capitali contententur & ſuum capiant, & quid reſidui ſit in bonis debitorum, creditoribus hypothecariis etiam de uſuris ſuæ ſortis vel capitalis ſatisfaciendum maximè ſit, *Coler.d.l.num. 116.* quem *num.132.& ſeqq.* diſceptantem vide, an intereſſe tale damni emergentis, aut lucri ceſſantis, ſi qualitas & condicio creditoris admittat aliquod modicum & honeſtum lucrum, ante commiſſam moram debeatur? & *num.139.cum ſeqq.* an illud intereſſe per juramentum ſuppletorium confidentiùs probetur, adſtrua-

adſtruatur. Vide hîc, quæ adnoto & connecto *ad §.56. ſup. lit. c.* Quâ æſtimatione res mutuo data reddenda ſit, ediſſerit *Philipp. Matthæus* JCtus ἐν τοῖς μαγγαγίοις *comment. ad tit. de reb. cred. l. 3.* verſ. *Altera quæſtio, quam interpretes hoc loco enodant.* ubi multa confert de intrinſecâ monetæ mutatione, Wann die Müntz in dem ſchrot vnd korn/ wie ſie dargezehlet oder verſchriben worden/nicht gelaſſen iſt. & de extrinſecâ, Wann die Müntz in dem ſchrot vnd korn/ wie ſie geliffert/ noch fürhanden / gleichwol aber immittels gültiger oder geringſchetziger worden iſt.

§. 141. Noſtrâ quoque auctoritate qui Legatos in hoc conſeſſu & congreſſu egerunt & ſaluti communi curarunt, integrè retulerunt, quæ Electorum, Deputatorum Principum atque Ordinum oratores conſilii omnis capaces & conſortes, ad illas à ſummo Tribunali ſubmiſſas controverſias, articulo VIII. XII. XXXII. deliberata conſilia (utrimque tamen certamina inceſſerunt, & alia aliorum adſenſu audita ſunt) ſcripto inlata contulerint, quódve jugi mutuoque ſuffragio ſenſus iſti, ſi non diſſenſus, factâ cæteris adſentiendi neceſſitate conciliari non valuerint, communique Ordinum voto (cauta enim potiùs conſilia ex ratione, quàm proſpera ex caſu placent) deſtinata fuerint. Quamvis verò gratius acceptiusq; juxta nobis Togatisq; Senatoribus accidiſſet, ſi de articulis iſtis modò adſertis conloquio transigi, & contraria aſſeverantium controverſiæ erui potuiſſent; tamen cum Electorum, Delectorum Principum & Ordinum Conſiliarii nil quicquam conceſſerint, ideo ut ordines proximùm intacta deliberent agantq;, animo non dimittemus.

§. 142. Cùm prætereà in pleno hoc Deputatorum conventu & inluſtri panegyri à Judice, Præſidibus & Adſeſſoribus plura ambigua, dubia, numero octo adlata ſint, quæ hîc decîdi aut definiri ob cauſas nobis

notas non potuerint; Itaque judicem fideliter monemus, curet provideatq́ue, ut iſthæc ambigua, dubia alio ordine, nullo impedimenti interjectu, pertractentur, egregia deliberataq́; conſilia in unum conferantur, & æquabili, ſi fieri poteſt, jure uniantur. Quodq́; ita convenit, certâ ratione ad Electoris Maguntini Tabulariū deſtinabitur, ut nobis innoteſcat, & proximùm jure opt. maxumo bivium ſententiæ per ſolemnia arbitria expediatur. Hîcque Judicem, Præſides, Adſeſſores appellamus, ut intereà quoad proceſſum ſaltem in octo novis propoſitis dubiis, jure æquo ſtilus conformis [a] in Senatuum curiis rectè obtineat, contrarietas præjudiciorum, ne Ordinum aliquis gratiam prætexere, aut læſionem prætendere queat, longùm longumq́; vitetur.

a) Adhibe hîc §. 5. ſuprà & notata *ad lit. d.* *ὅπερ ἔδει δεῖξαι. Deput. anno 1557. §. 5.* **Ferner nach dem.** ubi innuitur, dubia ex Ordinatione, Imperiive Conſtitutionibus nata, nec communi Adſeſſorum conſenſu deciſa, ad Cæſarem & Imperii ordines per Moguntinum transmitti.

§. 143. Et cùm pari modo deliberatis aliquot conſiliis actum actitatumq́; ſit, qui ordo præfixarum in receptiſſimis Audientiis, qui mole ſuâ laborat, promoveri foverique poſſit, prout uberiùs ex illis per adverſa ſuffragia conſtat. Ne igitur ordo iſte de die in diem præpediatur, ſed caput attollat, uſi bonis providisque conſiliis conſuademus, ut poſthac, quemadmodum eadem Conſilium factitaviſſe accepimus, judex agat procuretque, ut Audientiæ hebdomatum tres diebus Lunæ, Mercurii & Veneris, ab horâ nonâ ad decimam, cauſis præfixarum [a] præbeantur.

a) Quibus in cauſis termino Ordinationis effluxo alius petitus obtentúsve vel ultrò acceptus erit: in his rogatione præfixarum, ordine à ſummo ad imum decurrente, agitur, *Ordin. part. 1. tit. 8. in pr.* De ipsâ Audientiâ judiciali, adfer *Receſſ. anno 1570. §. 46.*

§.46. Derhalb ſetzen. §. 59. Vnd dieweil mit. & ſeq. Sintemal auch. *Denaiſ.rubr.45.* ſcripta mihi *ad §.88.ſuprà lit.b.* Confer *§. ſeq.89.lit.b.*

§. 144. Quod nunc punctum ipſum Jurisdictionis [a] Cameræ concernit, cujus cauſâ lites & jurgia ſata, & Imperii Tribunal [b], & S.P. Q.Spirenſis, vetus controverſiæ odium expleverunt, cùm utrimq; hinc inde, nondum ſolutis Comitiis plura gravamina invicem oppoſita fuerint, omnesq; adnuerint, unicuique parti alterius gravamina & argumenta ex Maguntini Tabularii cancellis & autographo communicanda, & proximo commodoq; conventu uberiùs ſolutiusq; cauſam disceptandam, & vel invitis oculis fulgorem veritatis inſerendum eſſe, illi placito non contraivimus aut contradiximus, magnâ noſtrâ ſpe poſſe inter partes concordiam gigni & rem componi. Intercà Judicem, Præſides, Senatores togatosq; Conſilii ſanctioris, & Conſules Senatumq; Reip. Spirenſis, quæ noſtro & Imperii jure, more, vivit, hortamur obteſtamurque, ne infenſa, controverſia promtius exerceatur, ut à disſidiis utrimque abstineant, paci, concordiæ mutuæ adſtudeant, & commodum vivant.

a) Ad explicationem vexatiſſimi §. Betreffend. item intellectum §. Item/ das Cammergericht. §. Es ſollen auch. *tit. 49. part.1.Ordin.* Cameræ, disquiritur, an & in quibus actionibus Cameræ Adſeſſores, & aliæ perſonæ jurisdictioni Camerali ſubjectæ, prout recenſentur in prædicto *tit.49.* (quibus addendi ſunt peregrini advenientes & in Camerâ ſolicitantes) ſortiantur forum in ipſius Cameræ Tribunali coram judice & aliis adſeſſoribus? *Mynſ.5.obſ.52.Gail.1.obſ.1.num.39.* Expreſſus etiam eſt ejusdem *Ordin. part. eâdem tit.ſeq.50. §. ultimus,* qui innuit delicto ſeu crimine à Cameralium quopiam perpetrato, Magiſtratum loci noxium illicò prehenſum, ſemper & è veſtigio Judici & Adſeſſoribus tradere; qui traditum ad id conceſſo carcere contineant, aliòve poſtea crimini conveniente ſupplicio adficiant; ſin pœna in corpus exequenda ſit, idque vel manifeſto vel legitimis

M

indiciis appareat, ex inquiſitione à Judice & Adſeſſoribus inſtitutâ, tum Magiſtratui prædicto, ut lege agere jubeat, mandent. adde *Mynſ. dictâ obſ. ubi idem concludit*, cognitionem ſuper causâ criminali, an ſit criminalis, &c. crimine etiam alibi commiſſo, convenire Cameræ, executionem Senatui oppidano. Et eriſtica ſcripta legimus optimorum auctorum, qui hîc inter ſe committuntur, καὶ πόλεμον ἄσπονδον miſcere videntur. Vide hîc etiam perſcripta mihi *ad* §.*14. lit. b. & §.13. lit. a.* ſuprà.

b) Aliâs pervide quî incola obligetur conſuetudinibus & legibus ejus loci ubi incola eſt, *Gail. 2. obſ. 35.*

§. 145. Hoc quoque cùm controverſum atque arduum fuerit, ſi pars adverſum ſententiam in ſummæ curiæ Tribunalibus pronunciatam rectiſſimè Reviſionem rogaverit, & illa per gentilem noſtrum, Archiepiſcopum & Electorem Maguntinum, utpote Archicancellarium Cameræ adſignificata ſit, an perinde, ad victoris preces, delatâ aut præſtitâ ſufficiente cautione, in puncto executionis procedi, aut planè uſque ad cauſæ & denunciatæ Reviſionis ſinceram definitionem ſuſtineri executio poſſit, velut hæc quæſtio in dubiis controverſiisq; à Cameræ Tribunali exhibitis articulo CXXII. planiùs expoſita fuit. Quod ut luce ſuâ radiet, etſi Ordinatio Cameræ part. 3. tit. penult. de hoc optumè conſulat, & eo nitamur, ita controverſiam æquâ lance libràq; perpenſam & penſitatam decidimus, ut Reviſione Camerali pendente, executio ſuſtineatur: interim tamen in articulo liquidationis flagitatâ in causâ petitionis hereditatis, reſtitutionis in integrum & conſimilibus Reviſione, procedendi ulteriùs, quamvis illa Cameræ judicio exactiùs ſignificata ſit, victori libertas erit.

a) De Reviſione quædam tradituri ſumus: 1. Remotâ appellatione, non tollitur Reviſio, *Dec. conſ. 533. Alexand. conſ. 88 nu. 2. volum. 4.* Et prohibitus appellare non prohibetur ſupplicare, *Bald. conſ. 272. lib. 2. Brun. tract. de conſ. Mynſ. 6. obſ. 15.*

2. Comi-

2. Comitia viſitatorum quæ ad Reviſionem ſpectant ex Cæſaris Ordinumq; delegatis & Conſiliariis conſtant, qui jus plenum obtinent ſtatuum querelas de Camerâ Imperiali decidendi, ejusdem corruptelas cognoſcendi, corrigendi, judicesque in cauſis petitarum Reviſionum, ſi contigerit eorum unum pluresve recuſari, conſtituendi, *Ordin.Camer.part.1.tit.50.in princ.§.1.* **Vnd wo.** *§.4.* **Wo auch.** *Receſſ.anno 1559. §.65.* **Da aber hinfüran.** adde hîc ejusdem decreti. *§.59.* **Solte aber der beſchrieben.** *§.61.* **Gleicher geſtalt.** *§.62.* **Darneben dann.** *§.64.* **Solche fürfallende.** & *§.70.* **Nach dem.** *Receſſ.anno 1566. §.86.* **So haben wir.** *Receſſ. anno 1598. §.* **Da auch einer.** *Receſſ. anno 1570. §.104.* **Dieweil dann auch.** *§.103.* **Außſonderen.** *§.80.* **Da auch in diſen.** *Receſſ.anno 1579.§.64.* **Wann auch zu den.** *Deput.1557. §.* **Nemlich als zu.** & ſic de viſitatione ſingula purè adparebunt. Diſcrimen inter Reviſores & Viſitatores hoc adſtruit *Bend.tract. de reviſ.concl.4.* quòd Reviſores ſint, qui de proceſſu & ſententiis latis cognoſcant. Viſitatores qui de Cameræ vitiis & defectibus emendandis judicent, Ordines & totum Imperium repræſentantes.

3. Reviſores iſti Syndicatorésve jurant, non ſe antea in causâ conſuluiſſe, Judices priores in honore atque in pretio habere, diligentiam in revidendo, fidem in judicando, jusq; & juſtitiam adhibituros, munera non capturos, *Ordin. part.3.tit.53.§.8.* **Vnd ſollen der.** adde de eorum jurisdictione, *Gail.1.obſ.154.*

4. Reviſio à quâ ſententiâ, quo tempore petenda ſit, & quam ſummam petens deponat, quídve pauper aliquis, ſi ſuccumbat, ſufferre cogatur, docent *Ord.ipſa part.3.tit.53.in pr.& ſeq. Deput. ann.1557.§.25.* **Wiewol ferner.** *§.26.* **Im fall aber.** *Gail.1.obſ.154. & 155.* Reviſiones in cauſis ad Electorem Maguntinum ſpectantibus quî apud Treverenſem petantur, diſſerit *Receſſ.anno 1594. §.107.* **Als vns auch.** In hac reviſione nihil novi ſupplicans proponere debet, ſed ex actis prioribus ſummariè gravamina, unico ſupplicantis ſcripto, & adverſarii unicâ reſponſione, repetuntur, ut ita cauſa ſupplicationis brevi tempore finiatur, *Gail.1.obſ.154. num.2.& 4.Bender.de reviſ.concl.15.& 16.* niſi in caſu, quo judex prior rejecit probationes, vel de contumaciâ non inquiſivit, *Bend. d.loco.*

5. Hîc inhibitio etiam decernitur, & executio ſuſpenditur, adeò ut reviſio validè habeat, effectum devolutivum & ſuſpenſivum. Quod ideo receptum eſſe, *Gail.1.obſ.154.num.4.* atteſta-

tur, ne iterata & repetita executio creberrima motuum & tumultuum cumprimis apud Imperii Ordines, cauſa ſit. adhibe *eundem de arreſt. cap. 12. Bend. de reviſ. concl. 20. & ſeqq. Petr. Heig. part. 1. quæſt. 10. num. 58. & ſeqq.*

6. Si judicantium dolus, corruptióve aut adfectus arguetur, cáve actis elucebit; victor præter Reviſionis beneficium, Syndicatus etiam remedio contra judices experitur, *Ord. part 3. tit. 53. §. ult. Gail. 1. obſ. 153.*

§. 146. Hîc licet etiam ex conſulto [a] proximis ſolemnibus Ratisponenſibus Comitiis procurato, ex conſilio ſuaſuque honeſtiſſimo tractandum explicandumq; accuratiùs certiusq; eſſet, quî Cameræ Imperialis prætoria tot fruſtratorias planè, publicoq; juſtitiæ & executionis exitio absque delectu à litigantibus repertas Reviſiones effugere commodùm poſſint, ut ex ſcriptis ipſis ab Electorum, Principum, Ordinum Togatis, Commiſſariis noſtris rectè oblatis, planiùs colligere eſt. Quædam tamen communi perpetuoq; noſtro atque Ordinum voto ſervata; quædam conlatis ſuffragiis, in quæ deſcendimus, ſtatuta ſunt. Itaque ſolemni hac lege, Reviſionem petentes Adverſario poſtulante, aut ipſi, aut illorum Procuratores, qui hoc receperunt, in publico Judicis, Præſidum, Senatorum conſeſſu, jurare de calumniâ [b] jubentur.

a) §. Intelligitur Welcher geſtalt wir nun diſem nach. verſ. Vnd wie auch ein mittelung zu finden.

b) De juramento calumniæ uberiùs egi *ad §. 125. ſuprà.*

§. 147. In cauſis mandatorum [a] de relaxando captivo alimentorúmve decretorum, Reviſioni utique locus erit; ſed eâ pendente, paritio de relaxando captivo, poſtquam idoneè cautum [b] erit, non proferetur, ſed carceri mancipatus dimittetur, executioq; decretorum alimentorum non differetur. Quæ lex futuris caſibus dicta & perrogata erit.

a) Ante

a) Antehac quoque in aliis tribus caſibus, executio in Camerâ ob reviſionem non ſuspendebatur, aut protrahebatur. 1. enim ſententiâ priore emendatâ, retractatâ Camera alteram Reviſorum exequitur. *Ordin.part.3.tit.53.§.* Darauff. 2. Eâdem confirmatâ idem obtinet. *Ordin.d.loc.§.* Im fall. Nec enim denuò reviſionem petere quis adlaborabit, *Gail.1.obſer.155.num.3.* 3. Si Reviſores vel non convenerint ad diem, vel acta non relegerint: Camera ſine ceſſatione, longiore morâ & dilatione ſententiam ſuam executioni demandat. Si tamen conſtet petentis culpâ impedimentum contigiſſe. Cæterùm Reviſionis beneficium ſalvum integrumq; erit, *Ordin.d.cap.§.* Ob auch die.

b) Dixi de cautione hac ad *§.17.ſuprà.lit.a.* adhibe *Marant. de appell.num.15.16.*

§. 148. Et cùm hîc memoria ejus grata acciderit, ut ſcilicet promovere unicè velimus cupiamusq;, quò annuæ ſolemnesq; juxtà viſitationes, ex lege quam ſanctio Ordinationis Cameræ, & Imperii ſancita dixerunt, iterum exſurgant, & publico uſui frequententur; Ideo nihil intermiſsâ rerum curâ, omni ſtudio conatuque, ut quidem hactenus factum promtumq; fuiſſe, ſpe plenâ præſumimus, nil omittendum cenſebimus, quod in bonum commodumq; hujus rei in hoc quaſi juſtitiæ devergio, adprimè vergere atque recidere poſſit.

§. 149. Proximo quoque & nunc adnotato Ratisponenſi conventu, cùm convenerit ut expreſsâ lege ſubjūgamus, quomodo inſignitiores offenſiones, quas vicinus maximè in vicinum intentat, inhiberi prohiberiq; poſſint. Quia tamen obvium notiusq;, Imperii leges repetitas mali, quod ſæpiùs recidivam patitur, curam polliceri, jubemus & impenſiùs propiores ſpei flagitamus, ut ad tuendam familiaritatem & propagandam facilitatem, ſanctiones ipſiſſimæ [a] obtineant ligentque, & pacem inconcuſſam omnes religiosè conſervent, ſuisq; imperent.

a) Exempla heic paciſragorum & populatorum ex annalibus veterum, magiſtro C.Cornelio Tacito, quem ad prudentiam,ut Senecam noſtrum ad Sapientiam ducem habeo laudoq;, ediſſeram. Tacit. ipſe lib.2.Annal.de Tacfarinate memorat. Is natione Numida, in caſtris Romanis auxiliariis ſtipendia meritus, mox deſertor, vagos primùm & latrociniis ſuetos ad prædam & raptus congregare: dein more malitiæ per vexilla & turmas componere; diviſusq; exercitus: ut Tacfarinas lectos viros, & Romanum in modum armatos in caſtris attineret, diſciplinæ & Imperiis ſueſceret; Mazippa levi cum copiâ, incendia & cædes, & terrorem circumferret. De eodem lib.3.annalium. Tacfarinas bellum renovat, vagis primùm populationibus, & ob pernicitatem inultis; dein vicos exſcindere, trahere graves prædas. Hicque eodem Tacito autore, huc adrogantiæ venerat, ut legatos ad Tiberium mitteret, ſedemq; ultrò ſibi atq; exercitui ſuo poſtularet, aut bellum inexplicabile minitaretur. Sed non aliâs magis ſuâ populiq; Rom. contumeliâ indoluiſſe Cæſarem ferunt; quàm quòd deſertor & prædo, hoſtium more ageret, ne Spartaco quidem, poſt tot conſularium exercituum clades inultam Italiam urenti, quanquam Sertorii atque Mithradatis ingentibus bellis labaret Resp. datum, ut pacto in fidem acciperetur, nedum pulcherrimo populi Romani faſtigio, latro Tacfarinas, furandi melior, pace & conceſſione agrorum redimeretur. Socius populandi & receptor prædarum rex Garamantum, qui, ut quis fortunæ inops, moribus turbidus, promtiùs accipiebat, fuit, Tacit. 4. annal. Sed finis armis impoſitus eſt, & exſolutus Pop. Roman. populationibus. Ibid. lib.3. ann. P. Vellejus alarios equites ac leves cohortium mittit in eos, qui prædabundi aut adſumendis auxiliis vagabantur. Simulq; cuncta proſperè acta, cæſis populatoribus. neque aciem aut prælium dici decuerit, in quo ſemermes ac palantes trucidati ſunt. Lib.11. annal. Gannaſcus natione Caninefas, auxiliaris & diu meritus, pòſt transfuga, levibus navigiis prædabundus, Gallorum maximè oram vaſtabat, non ignarus dites & imbelles eſſe. Lib.12. annal. Vantius x x x. per annos prædationibus dite regnum auxiſſe dicitur. De iſtis erronibus, palantibus, & colluvie multitudinis, Herrnloſen knechten vnd landleuffern/ vmblauffenden vnd gartenden knechten/ diſſerit *Nemeſ. Karul. cap.39.* adi *Philipp. Camerarium* Juriſconſultiſſimum *cent.1. ſubſeciv. cap.17. & 18. Gail. lib.1. de P.P. c.4.* quem in totis Commentariis quos paci publicæ præſcripſit & doctâ nimis

acu

acu intexuit, hîc videbis. adde *Mynſ.4.obſerv.34.5.obſ.58.3.obſ.98. 2.obſ.27. 2.obſ.28. 1.obſ.40. 1.obſ.98.* De ipsâ pacis publicæ conſtitutione ave cognoſcere Receſſ. *anno 1548. 19. in princ. cap. 1.2.3. 6. 22. 27.* de ejusdem conſervatione Receſſ. *anno 1555.56.57.58.59. 60.62.63.64.65.67.68.69.70.72.73.74.75.76.77.78. 79. 81. 82. 83. 84.85.89.95.96.97.98.99.100.101.102. Receſſ. anno 1566. §.23.24. 25.26.27.28.29.31.32. Receſſ. anno 1559. §.43.44.45. Receſſ. anno 1570. §.17.19. Deput. anno 1564. §.17.18.19.21.22.23.24. Receſſ. anno 1594. §.74. & ſeqq.* Pacifragorum perſecutione *Receſſ. anno 1522.1.cap.16.17.19.20. Receſſ. anno 1548.1.§.20. Receſſ. anno 1559. §.21.25.26.27. Receſſ. anno 1566. §.22.* Pacifragorum accuſatione, *Receſſ. anno 1522.1.cap 32.36. Receſſ. anno 1548.111.c.16. Deput. anno 1557. §.24. Denaiſ. rubr. 214. num. 9.* Pacifragorum pœnâ, *Receſſ. 1512.1.c.23. Ordin. part. 2. tit. 9. §.* So jemands. *Receſſ. anno 1548.111. 13. cap.* Huc conferunt tituli apud Denaiſ. *de banni declaratione, ejus effectu, Executione, Abſolutione, Circulis Imperii, Deputatis Ordinum. Expenſis publicis, Mandatis avocatoriis, Mandatis de nõ offendendo, militum illicitis coitionibus, eorundem dilectu, Purgationis ex causâ fracta pacis proceſſu, Receptatoribus.* Hîc enim non improbatur ἡ ξυνηλασία, (*Nemeſ. Karul. cap. 40.*) *Salvo conductu.* Ante ſancitam P.P. ab Imper Maximiliano I. in Comitiis Auguſtæ, anno 1500. veriſimile eſt, juri Ganerbinatus (vocant Ganerbenſchaft; hinc Ganerbenheuſer) conſtituendo occaſionem cauſamq; creberrimam præbuiſſe eam tempeſtatem quâ vis potior jure erat, & paſſim itinera latrociniis, deprædationibus, intuta atque infeſta erant. Pete hîc ſelecta ex partitionibus feudalibus *Conrad. Rittershuſii* JCti, & honeſtiſſimarum artium quondam antiſtitis, *cap. 17.*

§. 150. Proximùm quoque Senatusconſulto [a] Ratisponæ alterâ Auguſtę Tiberii confecto, apertiùs convenit, quâ viâ, quâve ratione articulus de re Monetariâ [b], conſtante denuò hac Deputatorum ſynodo, tractari & publicę definiri poſſit; cujus quidem paratam deciſionem cumprimis cùm jura rei monetalis hodie in deterius vergant ambiiſſemus. Cùm verò collectis ſuffragiis ſententiæ innuerint, ideo potiſſimùm, quia Conſulti Ratisponenſis decreto requiſita proviſaque

media in promptu non ſint,circulorum quoque relationes & conſilia non ſuccurrant, & monetariorum monetarumque peritiſſimorum copiam aveamus antè quoque quæſitam,nihil ex uſu confici probariq; poſſe;ſed uſque dum certiùs uberiusque articulus excutiatur,Edictum monetale quod ab avi noſtri Cęſaris Ferdinandi auguſtiſſimæ memoriæ Principis oraculo atq; ore,anno CIↃ IↃ LIX. auſpicatiſſimè prodiit, conſecutasq; Imperii ſanctiones [c], probè fideliterq; tenendas eſſe; Itaque auctoritate Cæſareâ illud ipſum edictum monetarum,& quicquid ulterius ipſæ Imperii Conſtitutiones addiderunt, & per proximum placitum,quod Ratisponæ convenit, à nobis nominatim ſignificatum præceptumq; eſt, & perſcripta promulgataq; in Imperii limite mandata diſertiùs loquuntur,huc repetimus & conferimus ſeriò & ex fide injungentes, ut ſinguli circuli quíve Magiſtratum obeunt,hęc,omnibus punctis,clauſulis & articulis integris intemeratisq;,aſſerendo uſui publico, tuendæq; deſideratiſſimæ patriæ Germaniæ noſtræ incolumitati & felicitati,ſtudiosè aſſerant & ſequantur;delinquentes ad pœnam [d] depoſcant certâ ſtatâq; eâ multent,fraudemque quæſitiùs vindicent. Quodque moniti circuli Burgundici nomine,apud fratrem noſtrum Albertum, quem multâ caritate complectimur, quémve principem illîc locorum omnes agnoſcunt,bono certo dirigere valemus poſſumusq;, in hoc operam conferemus,& ſtudium impendemus.

a) §. **Vnd ob wol wir auch gantz gern geſehen.** *& ſeqq.*

b) Jus majeſtatis(ſcilicet *ex Conſtit.Frider.Imp.*in feudis quæ incipit: *Regalia ſunt Armeniæ*) eſt, jus monetæ ſeu jus numiſmatis percutiendi & ſignandi, quod jus teſte *Bodin.Politicorum* recentiorum magiſtro,*pag.262.* de Rep æquè majeſtatis proprium eſt,ac legis ipſius, quo nihil poſt legem in Republ. magis neceſſa-

rium

num eſt. Hujus curam ſibi Principes reſervarunt, *l.2.C.de falſ. mon.l.ſi quis.C.Theod.eod.Karulus V.in Nemeſi art.111.* Idem in Conſtit. *anno 1524.* §. Dergleichen hat der Müntz halben. *& in ſanct.1551.*§. So haben wir uns/ꝛc. certò liquet. Facit *Mynſ.4. obſerv.24.*

c) Sunt ipſæ Conſtitutiones, *Receſſ.anno 1566.1570.Deput. 1571. Receſſ.1594. Receſſ.1576. 1582.* Leges quarundam ſanctionum hîc plenius memorabimus: *Receſſ. anno 1559. ij.* cujus textus ipſe commeminit, leges illæ exhibentur in hac ſynopticâ tabellâ;

§.3. Zum erſten. *cum ſeqq.* Ex argenti marca Colonienſi, floreni novem cum ſemiſſe, ſexagenorum cruciatorum conflantor: eademq; ratio proportionis in inferiundis minoribus formis pro æſtimatione & pretio cujusq; eſto.

§.10. Wie aber vor. Omnes hinc aquilam bicipitem, inſertumq; pectori Imperii globum atque in eo pretium numero cruciatorum deſignatum, circumſcriptumq; in orbe Cæſaris nomen: inde inſignia Domini monetalis, ejusdemque ſymbolum, & annum referunto.

§. 11. Die jetzigen. A floreno ad cruciatum formæ omnes juſtæ probæq; ſunto: ſed quinariis cruciatorum minores ad finem duntaxat vigintiquinq; florenorum, nec ſupra recipiuntor.

Ubi de auro ſolvendo nominatim convenerit, longóve uſu receptum fuerit, pacta conſetudinesq; ſervantur.

§.13. Es ſind auch. *& ſeqq.* Hos præter, ſolidi Wirtzburgici, Wirtenbergici, Badenici, Sundici, ſed & groſſi & quadrantuli corvis inſigniti, groſſuliq; quantum loci cujusq; quotidianis permutationibus ſatis eſt, materia tamen & forma & pretio juſto percutiuntor.

§.18. Neben vorgeſetzten. *& ſeqq.* Pfenningi etiam & helleri Edicto comprehenſi ad neceſſarios uſus tolerantor.

§.30. Hierauff ſetzen. Extra eos nulli alii conflantor, vel ſolutionis vice funguntor ſub pœnâ indignationis Cæſareæ, & L. marcarum auri, quoties id contigerit, partim fiſco, partim circulo inferenda.

§.32. Es ſol auch niemand. Pfenningos, in diſſolutionem majuſcularum ſummarum nemo accipere tenetor.

§.35. Ordnen und wollen. Taleri ſeu Joachimici ante hanc legem cuſi ſexagenis octonis cruciatis expenduntor.

§ 53 Und ſind die. Argentei exterarum gentium nummi poſt

Receſſ.70. leges ſunt.

§. 127. **Damit aber/ꝛc.** Pfenningi & helleri, præter Circulorum permiſſionem, & regionis cujusq; neceſſitatem, penitus ne cuduntor.

§. 129. **Da aber jemand.** Secus editi, à Circulo vel Cæſare interdicuntor confiſcantorque ubicunque locorum reperti: damnum domini monetales, quibus contigerit, ſarciunto, jusq; monetæ citra cauſæ cognitionem amittunto, & à Cæſare exercere prohibentor: nec niſi de voluntate Ordinum in Comitiis reſtituuntor.

§. 130. **Der Müntzmeiſter.** Monetarii quoque præter damnorum reſtitutionem, morte, vel corpore, vel ex arbitrio plectuntor.

§. 131. **Vnd was jetzo/ꝛc.** Eadem pœna eſto cruciatorum ſemibaciorumque ſupra modum Conſtitutione permiſſum, percuſſorum.

§ 135. **Vnd dieweil man.** Quibus eſt jus cudendæ monetæ eo non ubivis, ſed tribus vel quattuor duntaxat locis à Circulo deſignatis utuntor, ſub pœnâ indignationis, & amiſſionis dicti juris, exceptis tamen iis qui ſuas habent proprias fodinas.

§. 136. **Darumb zu weiterer.** Monetarii & Inſpectores Circulorum inquiſitione adprobantor, jurantoque in leges numarias, cum cautione omnium bonorum, ſuique quoties exigentur ſiſtendi.

§ 137. **Was dann oben/ꝛc.** Eadem ipſa in numorum examinatoribus obſervantor: hisq; compertarum fraudum denunciatio imperator.

§. 140. **Als wollen wir.** Conventus exploratorii per Circulos quotannis duo, Kal. Maji & Octobris habentor: his omnia huic legi adverſa prohibentor.

§. 141. **Da aber ein.** negligentes per Circulos vicinos Cæſari nominantor, ab eoque ſuſpenſione, aliisve remediis ad officium compelluntor: atque conventibus probatoriis frequentes intereſſe periculo juris ſui monetalis, jubentor.

§. 142. **Was auch.** Interea cuſos iis locis numos vicini Circuli, tanquam Cæſaris in eâ re delegati, ad ſuam notionem trahunto.

§. 150. **Vnd auß ſonderen.** Electores quattuor Rhenani, cumque his Commiſſarii Cæſarei, annuis mercatibus Francofurtenſibus, ne quid ullo pacto in edictum committatur, Senatus oppidani adjumento, proſpiciunto.

§. 151.

§.151. **Da ſie dann.** Argentum infectum & omnem reprobam pecuniam occupanto.

§. 152. **Dergleichen.** Idem Saxo & Brandenburgicus ſuis emporiis factitanto: Cæſari quoque in propriis & Imperii civitatibus, ubi opus videbitur, eadem res curæ eſto.

Deputat.71. leges ſunt.

§. 13. **Vnd ſol das.** Numi aurei argenteiq; ſeu probi, ſeu interdicti & fiſco debiti ex Imperio ne exportantor.

§. 15. **Wie dann.** exteri præter edicto exceptos ſub eadem confiſcationis pœnâ ne importantor.

§.28. **Vnd wiewol.** Quibus ſuæ ſunt fodinæ, lociq; cudendæ monetæ peculiares: iis aurum argentúmve penes ſé natum duntaxat; aliunde partum, locis à Circulo deputatis feriunto.

§.35. **Als dann auff.** Anglicani, Henricani, Roſtrati, Roſati Nobiles probi permiſſiq; ſunto: in Imperio tamen ne cuduntor.

§ 37. **Sintemal auch.** *& ſeq.* Monetarias fraudes, Magiſtratus ſuis emporiis inhibento: ſin minùs; Cæſar, adhibitis ejus loci vicinis Electoribus & Principibus, provideto.

Receſſ. 76. leges ſunt.

§.77. **Inſonderheit wollen.** Qui debita vicenis quinis florenis majora, minoribus formis diſſolvere conabuntur, earum confiſcatione plectuntor.

Receſſ. 94. jura ſunt.

§.110. **Wir ordnen.** Ne quis Status alteri privilegium monetale vendito locatóve. Si fecerit; à Fiſcali per Circulum ejus rei certiore facto juris ſui ſuſpenſionem privationémve accuſator.

Eod. verſ. **Wir wollen.** *Monetarii* falſi ubiq; locorum comprehenduntor, pœnisq; ſtatutis ſubduntor.

Eod. in fin. Monetarii monetarumq; exploratores non ſolùm domino qui eos conduxerit, ſed & toti Circulo juramento obſtringuntor.

Receſſ.98. leges ſunt.

§.56. **Dabey wir dann** Baciorum ſemiſſes dodrantesq; formæ deinceps, donec aliud ſtatuatur, in totum ne conflantor.

§.57. **Vnd als ſich noch.** Qui formas majores in minores converterint, per Circulos ſeverè coërcentor, *Denaiſ. rubr. 192. integrâ.*

d) Pœnas adcumularunt præſcriptæ exhibitæq; leges: *Nemeſ. Karulina d. loco*; ut ampliſſimi viri Georgl Remi paraphraſi expoſita eſt, tres modos, quibus utplurimùm moneta publica mo-

notas non potuerint; Itaque judicem fideliter monemus, curet provideatque, ut iſthæc ambigua, dubia alio ordine, nullo impedimenti interjectu, pertractentur, egregia deliberataq; conſilia in unum conferantur, & æquabili, ſi fieri poteſt, jure uniantur. Quodq; ita convenit, certâ ratione ad Electoris Maguntini Tabulariũ deſtinabitur, ut nobis innoteſcat, & proximùm jure opt. maxumo bivium ſententiæ per ſolemnia arbitria expediatur. Hîcque Judicem, Præſides, Adſeſſores appellamus, ut intereà quoad proceſſum ſaltem in octo novis propoſitis dubiis, jure æquo ſtilus conformis [a] in Senatuum curiis rectè obtineat, contrarietas præjudiciorum, ne Ordinum aliquis gratiam prætexere, aut læſionem prætendere queat, longùm longumq; vitetur.

a) Adhibe hîc §.5. ſuprà & notata *ad lit. d.* *ὅπερ ἔδει δεῖξαι.* *Deput. anno 1557.* §. 5. **Ferner nach dem.** ubi innuitur, dubia ex Ordinatione, Imperiíve Conſtitutionibus nata, nec communi Adſeſſorum conſenſu deciſa, ad Cæſarem & Imperii ordines per Moguntinum transmitti.

§. 143. Et cùm pari modo deliberatis aliquot conſiliis actum actitatumq; ſit, qui ordo præfixarum in receptiſſimis Audientiis, qui mole ſuâ laborat, promoveri foverique poſſit, prout uberiùs ex illis per adverſa ſuffragia conſtat. Ne igitur ordo iſte de die in diem præpediatur, ſed caput attollat, uſi bonis providisque conſiliis conſuademus, ut poſthac, quemadmodum eadem Conſilium factitaviſſe accepimus, judex agat procuretque, ut Audientiæ hebdomatum tres diebus Lunæ, Mercurii & Veneris, ab horâ nonâ ad decimam, cauſis præfixarum [a] præbeantur.

a) Quibus in cauſis termino Ordinationis effluxo alius petitus obtentúsve vel ultrò acceptus erit: in his rogatione præfixarum, ordine à ſummo ad imum decurrente, agitur, *Ordin. part. 1. tit. 8. in pr.* De ipsâ Audientiâ judiciali, adfer *Receſſ. anno 1570.* §. 46.

Digitized by Google

§.46. Derhalb ſetzen. *§. 59.* Vnd dieweil mit. *& ſeq.* Sintemal auch. *Denaiſ.rubr.45.* ſcripta mihi *ad §.88.ſuprà lit.b.* Confer §. *ſeq.89.lit.b.*

§. 144. Quod nunc punctum ipſum Jurisdictionis [a] Cameræ concernit, cujus causâ lites & jurgia ſata, & Imperii Tribunal [b], & S.P.Q.Spirenſis, vetus controverſiæ odium expleverunt, cùm utrimq; hinc inde, nondum ſolutis Comitiis plura gravamina invicem oppoſita fuerint, omnesq́; adnuerint, unicuique parti alterius gravamina & argumenta ex Maguntini Tabularii cancellis & autographo communicanda, & proximo commodoq́; conventu uberiùs ſolutiusq́; cauſam diſceptandam, & vel invitis oculis fulgorem veritatis inſerendum eſſe, illi placito non contraivimus aut contradiximus, magnâ noſtrâ ſpe poſſe inter partes concordiam gigni & rem componi. Intereà Judicem, Præſides, Senatores togatosq́; Conſilii ſanctioris, & Conſules Senatumq́; Reip. Spirenſis, quæ noſtro & Imperii jure, more, vivit, hortamur obteſtamurq́ue, ne infenſa, controverſia promtius exerceatur, ut à disſidiis utrimque abſtineant, paci, concordiæ mutuæ adſtudeant, & commodum vivant.

a) Ad explicationem vexatiſſimi *§.* Betreffend. item intellectum §. Item/ das Cammergericht. §. Es ſollen auch. *tit. 49. part.1. Ordin.* Cameræ, disquiritur, an & in quibus actionibus Cameræ Adſeſſores, & aliæ perſonæ jurisdictioni Camerali ſubjectæ, prout recenſentur in prædicto *tit.49.* (quibus addendi ſunt peregrini advenientes & in Camerâ ſolicitantes) ſortiantur forum in ipſius Cameræ Tribunali coram judice & aliis adſeſſoribus? *Mynſ.5.obſ.52. Gail.1.obſ.1.num.39.* Expreſſius etiam eſt ejusdem *Ordin. part. eâdem tit.ſeq.50. §.ultimus,* qui innuit delicto ſeu crimine à Cameralium quopiam perpetrato, Magiſtratum loci noxium illicò prehenſum, ſemper & è veſtigio Judici & Adſeſſoribus tradere; qui traditum ad id conceſſo carcere contineant, aliòve poſtea crimini conveniente ſupplicio adficiant; ſin pœna in corpus exequenda ſit, idq́ue vel manifeſto vel legitimis

M

indiciis appareat, ex inquiſitione à Judice & Adſeſſoribus inſtitutá, tum Magiſtratui prædicto, ut lege agere jubeat, mandent. adde *Mynſ. dictâ obſ. ubi idem concludit*, cognitionem ſuper causâ criminali, an ſit criminalis, &c. crimine etiam alibi commiſſo, convenire Cameræ, executionem Senatui oppidano. Et eriſtica ſcripta legimus optimorum auctorum, qui hîc inter ſe committuntur, καὶ πόλεμον ἄσπονδον miſcere videntur. Vide hîc etiam perſcripta mihi *ad* §.14. *lit. b.* & §.13. *lit. a.* ſuprà.

b) Aliâs pervide quî incola obligetur conſuetudinibus & legibus ejus loci ubi incola eſt, *Gail. 2. obſ. 35.*

§. 145. Hoc quoque cùm controverſum atque arduum fuerit, ſi pars adverſum ſententiam in ſummæ curiæ Tribunalibus pronunciatam rectiſſimè Reviſionem rogaverit, & illa per gentilem noſtrum, Archiepiſcopum & Electorem Maguntinum, utpote Archicancellarium Cameræ adſignificata ſit, an perinde, ad victoris preces, delatâ aut præſtitâ ſufficiente cautione, in puncto executionis procedi, aut planè uſque ad cauſæ & denunciatæ Reviſionis ſinceram definitionem ſuſtineri executio poſſit, velut hæc quæſtio in dubiis controverſiisq; à Cameræ Tribunali exhibitis articulo CXXII. planiùs expoſita fuit. Quod ut luce ſuâ radiet, etſi Ordinatio Cameræ part. 3. tit. penult. de hoc optumè conſulat, & eo nitamur, ita controverſiam æquâ lance librâq; perpenſam & penſitatam decidimus, ut Reviſione Camerali pendente, executio ſuſtineatur: interim tamen in articulo liquidationis flagitatâ in causâ petitionis hereditatis, reſtitutionis in integrum & conſimilibus Reviſione, procedendi ulteriùs, quamvis illa Cameræ judicio exactiùs ſignificata ſit, victori libertas erit.

a) De Reviſione quædam tradituri ſumus: 1. Remotâ appellatione, non tollitur Reviſio, *Dec. conſ. 533. Alexand. conſ. 88 nu. 2. volum. 4.* Et prohibitus appellare non prohibetur ſupplicare, *Bald. conſ. 272. lib. 2. Brun. tract. de conſ. Mynſ. 6. obſ. 15.*

2. Comi-

tur, ne iterata & repetita executio creberrima motuum & tumultuum cumprimis apud Imperii Ordines, cauſa ſit. adhibe *eundem de arreſt. cap. 12. Bend. de reviſ. concl. 20. & ſeqq. Petr. Heig. part. 1. quaſt. 10. num. 58. & ſeqq.*

6. Si judicantium dolus, corruptióve aut adfectus arguetur, cáve actis elucebit; victor prætor Reviſionis beneficium, Syndicatus etiam remedio contra judices experitur, *Ord. part. 3. tit. 53. §. ult. Gail. 1. obſ. 153.*

§. 146. Hîc licet etiam ex conſulto [a] proximis ſolemnibus Ratisponenſibus Comitiis procurato, ex conſilio ſuaſuque honeſtiſſimo tractandum explicandumq; accuratiùs certiusq; eſſet, quî Cameræ Imperialis prætoria tot fruſtratorias planè, publicoq; juſtitiæ & executionis exitio absque delectu à litigantibus repertas Reviſiones effugere commodùm poſſint, ut ex ſcriptis ipſis ab Electorum, Principum, Ordinum Togatis, Commiſſariis noſtris rectè oblatis, planiùs colligere eſt. Quædam tamen communi perpetuoq; noſtro atque Ordinum voto ſervata; quædam conlatis ſuffragiis, in quæ deſcendimus, ſtatuta ſunt. Itaque ſolemni hac lege, Reviſionem petentes Adverſario poſtulante, aut ipſi, aut illorum Procuratores, qui hoc receperunt, in publico Judicis, Præſidum, Senatorum conſeſſu, jurare de calumniâ [b] jubentur.

a) §. Intelligitur Welcher geſtalt wir nun diſem nach. verſ. Vnd wie auch ein mittelung zu finden.

b) De juramento calumniæ uberiùs egi *ad §. 125. ſuprà.*

§. 147. In cauſis mandatorum [a] de relaxando captivo alimentorúmve decretorum, Reviſioni utique locus erit; ſed eâ pendente, paritio de relaxando captivo, poſtquam idoneè cautum [b] erit, non proferetur, ſed carceri mancipatus dimittetur, executioq; decretorum alimentorum non differetur. Quæ lex futuris caſibus dicta & perrogata erit.

a) Ante

a) Antehac quoque in aliis tribus caſibus, executio in Camerâ ob reviſionem non ſuſpendebatur, aut protrahebatur. 1. enim ſententiâ priore emendatâ, retractatâ Camera alteram Reviſorum exequitur. *Ordin.part.3.tit.53.§.* Darauff. 2. Eâdem confirmatâ idem obtinet. *Ordin.d.loc.§.* Im fall. Nec enim denuò reviſionem petere quis adlaborabit, *Gail.1.obſer.155.num.3.* 3. Si Reviſores vel non convenerint ad diem, vel acta non relegerint: Camera ſine ceſſatione, longiore morâ & dilatione ſententiam ſuam executioni demandat. Si tamen conſtet petentis culpâ impedimentum contigiſſe. Cæterùm Reviſionis beneficium ſalvum integrumq; erit, *Ordin.d.cap.§.* Ob auch die.

b) Dixi de cautione hac ad *§.17.ſuprà.lit.a.* adhibe *Marant. de appell.num.15.16.*

§. 148. Et cùm hîc memoria ejus grata acciderit, ut ſcilicet promovere unicè velimus cupiamusq;, quò annuæ ſolemnesq; juxtà viſitationes, ex lege quam ſanctio Ordinationis Cameræ, & Imperii ſancita dixerunt, iterum exſurgant, & publico uſui frequententur; Ideo nihil intermiſsâ rerum curâ, omni ſtudio conatuque, ut quidem hactenus factum promtumq; fuiſſe, ſpe plenâ præſumimus, nil omittendum cenſebimus, quod in bonum commodumq; hujus rei in hoc quaſi juſtitiæ devergio, adprimè vergere atque recidere poſſit.

§. 149. Proximo quoque & nunc adnotato Ratisponenſi conventu, cùm convenerit ut expreſsâ lege ſubjũgamus, quomodo inſignitiores offenſiones, quas vicinus maximè in vicinum intentat, inhiberi prohiberiq; poſſint. Quia tamen obvium notiusq;, Imperii leges repetitas mali, quod ſæpiùs recidivam patitur, curam polliceri, jubemus & impenſiùs propiores ſpei flagitamus, ut ad tuendam familiaritatem & propagandam facilitatem, ſanctiones ipſiſſimæ [a] obtineant ligentque, & pacem inconcuſſam omnes religiosè conſervent, ſuisq; imperent.

a) Exempla heic pacifragorum & populatorum ex annalibus veterum, magiſtro C. Cornelio Tacito, quem ad prudentiam, ut Senecam noſtrum ad Sapientiam ducem habeo laudoq;, ediſſeram. Tacit. ipſe lib. 2. Annal. de Tacfarinate memorat. Is natione Numida, in caſtris Romanis auxiliariis ſtipendia meritus, mox deſertor, vagos primùm & latrociniis ſuetos ad prædam & raptus congregare: dein more malitiæ per vexilla & turmas componere; diviſusq; exercitus: ut Tacfarinas lectos viros, & Romanum in modum armatos in caſtris attineret, diſciplinæ & Imperiis ſueſceret; Mazippa levi cum copiâ, incendia & cædes, & terrorem circumferret. De eodem lib. 3. annalium. Tacfarinas bellum renovat, vagis primùm populationibus, & ob pernicitatem inultis; dein vicos exſcindere, trahere graves prædas. Hicque eodem Tacito autore, huc adrogantiæ venerat, ut legatos ad Tiberium mitteret, ſedemq; ultrò ſibi atq; exercitui ſuo poſtularet, aut bellum inexplicabile minitaretur. Sed non aliâs magis ſuâ populiq; Rom. contumeliâ indoluiſſe Cæſarem ferunt; quàm quòd deſertor & prædo, hoſtium more ageret, ne Spartaco quidem, poſt tot conſularium exercituum clades inultam Italiam urenti, quanquam Sertorii atque Mithradatis ingentibus bellis labaret Resp. datum, ut pacto in fidem acciperetur, nedum pulcherrimo populi Romani faſtigio, latro Tacfarinas, furandi melior, pace & conceſſione agrorum redimeretur. Socius populandi & receptor prædarum rex Garamantum, qui, ut quis fortunæ inops, moribus turbidus, promtiùs accipiebat, fuit, Tacit. 4. annal. Sed finis armis impoſitus eſt, & exſolutus Pop. Roman. populationibus. Ibid. lib. 3. ann. P. Vellejus alarios equites ac leves cohortium mittit in eos, qui prædabundi aut adſumendis auxiliis vagabantur. Simulq; cuncta proſperè acta, cæſis populatoribus. neque aciem aut prælium dici decuerit, in quo ſemermes ac ſpalantes trucidati ſunt. Lib. 11. annal. Gannaſcus natione Canineſas, auxiliaris & diu meritus, pòſt transfuga, levibus navigiis prædabundus, Gallorum maximè oram vaſtabat, non ignarus dites & imbelles eſſe. Lib. 12. annal. Vantius x x x. per annos prædationibus dite regnum auxiſſe dicitur. De iſtis erronibus, palantibus, & colluvie multitudinis, **Herrnloſen knechten vnd landleuffern / vmblauffenden vnd gartenden knechten /** diſserit *Nemeſ. Karul. cap. 39.* adi *Philipp. Camerarium* J*uriſconſultiſſimum cent. 1. ſubſeciv. cap. 17. & 18. Gail. lib. 1. de P. P. c. 4.* quem in totis Commentariis quos paci publicæ præſcripſit & doctâ nimis

acu

acu intexuit, hîc videbis. adde *Mynſ. 4. obſerv. 34. 5. obſ. 58. 3. obſ. 98. 2. obſ. 27. 2. obſ. 28. 1. obſ. 40. 1. obſ. 98.* De ipsâ pacis publicæ conſtitutione ave cognoſcere Receſſ. *anno 1548. 19. in princ. cap. 1. 2. 3. 6. 22. 27.* de ejusdem conſervatione Receſſ. *anno 1555. 56. 57. 58. 59. 60. 62. 63. 64. 65. 67. 68. 69. 70. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 81. 82. 83. 84. 85. 89. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. Receſſ. anno 1566. §. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 31. 32. Receſſ. anno 1559. §. 43. 44. 45. Receſſ. anno 1570. §. 17. 19. Deput. anno 1564. §. 17. 18. 19. 21. 22. 23. 24. Receſſ. anno 1594. §. 74. & ſeqq.* Pacifragorum perſecutione *Receſſ. anno 1522. 1. cap. 16. 17. 19. 20. Receſſ. anno 1548. 1. §. 20. Receſſ. anno 1559. §. 21. 25. 26. 27. Receſſ. anno 1566. §. 22.* Pacifragorum accuſatione, *Receſſ. anno 1522. 1. cap. 32. 36. Receſſ. anno 1548. III. c. 16. Deput. anno 1557. §. 24. Denaiſ. rubr. 214. num. 9.* Pacifragorum pœnâ, *Receſſ. 1512. 1. c. 23. Ordin. part. 2. tit. 9. §.* So jemands. *Receſſ. anno 1548. III. 13. cap.* Huc conferunt tituli apud Denaiſ. *de banni declaratione, ejus effectu, Executione, Abſolutione, Circulis Imperii, Deputatis Ordinum. Expenſis publicis, Mandatis avocatoriis, Mandatis de nō offendendo, militum illicitis coitionibus, eorundem delectu, Purgationis ex causâ fractæ pacis proceſſu, Receptatoribus.* Hîc enim non improbatur ἡ ξενηλασία, (*Nemeſ. Karul. cap. 40.*) *Salvo conductu.* Ante ſancitam P.P. ab Imper Maximiliano I. in Comitiis Auguſtæ, anno 1500. veriſimile eſt, juri Ganerbinatus (vocant Ganerbenſchaft; hinc Ganerbenheuſer) conſtituendo occaſionem cauſamq; creberrimam præbuiſſe eam tempeſtatem quâ vis potior jure erat, & paſſim itinera latrociniis, deprædationibus, intuta atque infeſta erant. Pete hîc ſelecta ex partitionibus feudalibus *Conrad. Rittershuſii* JCti, & honeſtiſſimarum artium quondam antiſtitis, *cap. 17.*

§. 150. Proximùm quoque Senatusconſulto [a] Ratisponæ alterâ Auguſtę Tiberii confecto, apertiùs convenit, quâ viâ, quâve ratione articulus de re Monetariâ [b], conſtante denuò hac Deputatorum ſynodo, tractari & publicę definiri poſſit; cujus quidem paratam deciſionem cumprimis cùm jura rei monetalis hodie in deterius vergant ambiiſſemus. Cùm verò collectis ſuffragiis ſententiæ innuerint, ideo potiſſimùm, quia Conſulti Ratisponenſis decreto requiſita proviſaque

media in promptu non ſint, circulorum quoque relationes & conſilia non ſuccurrant, & monetariorum monetarumq́ue peritiſſimorum copiam aveamus antè quoque quæſitam, nihil ex uſu confici probariq́; poſſe; ſed uſque dum certiùs uberiusq́ue articulus excutiatur, Edictum monetale quod ab avi noſtri Cęſaris Ferdinandi auguſtiſſimæ memoriæ Principis oraculo atq; ore, anno CIↃ IↃ LIX. auſpicatiſſimè prodiit, conſecutasq́; Imperii ſanctiones [c], probè fideliterq́; tenendas eſſe; Itaque auctoritate Cæſareâ illud ipſum edictum monetarum, & quicquid ulterius ipſæ Imperii Conſtitutiones addiderunt, & per proximum placitum, quod Ratisponæ convenit, à nobis nominatim ſignificatum præceptumq́; eſt, & perſcripta promulgataq́; in Imperii limite mandata diſertiùs loquuntur, huc repetimus & conferimus ſeriò & ex fide injungentes, ut ſinguli circuli quíve Magiſtratum obeunt, hęc, omnibus punctis, clauſulis & articulis integris intemeratisq́;, aſſerendo uſui publico, tuendæq́; deſideratiſſimæ patriæ Germaniæ noſtræ incolumitati & felicitati, ſtudiosè aſſerant & ſequantur; delinquentes ad pœnam [d] depoſcant certâ ſtatâq́; eâ multent, fraudemq́ue quæſitiùs vindicent. Quodq́ue moniti circuli Burgundici nomine, apud fratrem noſtrum Albertum, quem multâ caritate complectimur, quémve principem illîc locorum omnes agnoſcunt, bono certo dirigere valemus poſſumusq́;, in hoc operam conferemus, & ſtudium impendemus.

a) §. **Vnd ob wol wir auch gantz gern geſehen.** *& ſeqq.*

b) Jus majeſtatis (ſcilicet *ex Conſtit. Frider. Imp.* in feudis quæ incipit: *Regalia ſunt Armeniæ*) eſt, jus monetæ ſeu jus numiſmatis percutiendi & ſignandi, quod jus teſte *Bodin. Politicorum* recentiorum magiſtro, *pag. 262.* de Rep æquè majeſtatis proprium eſt, ac legis ipſius, quo nihil poſt legem in Republ. magis neceſſarium

num eſt. Hujus curam ſibi Principes reſervarunt, *l.2.C.de falſ. mon.l.ſi quis.C.Theod.eod.Karulus V.in Nemeſi art.111.* Idem in Conſtit. *anno 1524.* §. **Dergleichen hat der Müntz halben.** *& in ſanct.1551.*§. **So haben wir vns/**&c. certò liquet. Facit *Mynſ.4. obſerv.24.*

c) Sunt ipſæ Conſtitutiones, *Receſſ.anno 1566.1570.Deput. 1571. Receſſ.1594. Receſſ.1576. 1582.* Leges quarundam ſanctionum hîc plenius memorabimus: *Receſſ. anno 1559. ij.* cujus textus ipſe commeminit, leges illæ exhibentur in hac ſynopticâ tabellâ;

§.3 **Zum erſten.** *cum ſeqq.* Ex argenti marca Colonienſi, floreni novem cum ſemiſſe, ſexagenorum cruciatorum conflantor: eademq; ratio proportionis in inferiundis minoribus formis pro æſtimatione & pretio cujusq; eſto.

§.10. **Wie aber vor.** Omnes hinc aquilam bicipitem, inſertumq; pectori Imperii globum atque in eo pretium numero cruciatorum deſignatum, circumſcriptumq; in orbe Cæſaris nomen: inde inſignia Domini monetalis, ejusdemque ſymbolum, & annum referunto.

§. 11. **Die jetzigen.** A floreno ad cruciatum formæ omnes juſtæ probæq; ſunto: ſed quinariis cruciatorum minores ad finem duntaxat vigintiquinq; florenorum, nec ſupra recipiuntor.

Ubi de auro ſolvendo nominatim convenerit, longóve uſu receptum fuerit, pacta conſetudinesq; ſervantur.

§.13. **Es ſind auch.** *& ſeqq.* Hos præter, ſolidi Wirtzburgici, Wirtenbergici, Badenici, Sundici, ſed & groſſi & quadrantuli corvis inſigniti, groſſuliq; quantum loci cujusq; quotidianis permutationibus ſatis eſt, materia tamen & forma & pretio juſto percutiuntor.

§.18. **Neben vorgeſetzten.** *& ſeqq.* Pfenningi etiam & helleri Edicto comprehenſi ad neceſſarios uſus tolerantor.

§.30. **Hierauff ſetzen.** Extra eos nulli alii conflantor, vel ſolutionis vice funguntor ſub pœnâ indignationis Cæſareæ, & L. marcarum auri, quoties id contigerit, partim fiſco, partim circulo inferenda.

§.32. **Es ſol auch niemand.** Pfenningos, in diſſolutionem majuſcularum ſummarum nemo accipere tenetor.

§.35. **Ordnen vnd wollen.** Taleri ſeu Joachimici ante hanc legem cuſi ſexagenis octonis cruciatis expenduntor.

§ 53 **Vnd ſind die.** Argentei exterarum gentium nummi poſt

ſextum abhinc menſem extorres ab Imperio & à commerciis excluſi ſunto: deprehenſi confiſcantor. §. 50. **Auf daſz dañ.** his qui eos porrò invexerint; vita quoq; atq; omnibus bonis multandis.

§. 55. **Ferner die gülden.** *& ſeqq.* Aurei floreni ſeptuaginta duo marcam Colonienſem conſtituunto: cruciatis ſeptuagenis quinis, vel minoris, non pluris expenduntor: alioqui Magiſtratibus locorum pœnæ loco committuntor.

§. 59. **Ferner dieweil.** Ducati intra Imperium ſexaginta ſeptem è Colonienſi marcâ conflantor: nec pluris quàm centenis & quaternis cruciatis ſub eâdem pœnâ erogantor.

§. 61. **Aber die nachbeſt.** *& ſeqq.* Ceteri numi aurei intra Imperium ſignati omnes, exteri quoque præter Ducatos, Coronatosq; æſtimatione hoc edicto definita, ſub eadem confiſcationis pœnâ poſt ſex menſium lapſum, reprobantor.

§. 69. **Und damit diſe.** His rebus ſervandis, explorandisque monetis, Conventus dominorum monetalium per Circulos bis quotannis, vel ſemel ſaltem habentor.

§. 72. **Wiewol nun ſolche.** *cum ſeqq.* Qui numos raſerint, tinxerint, conflarint, finxerint, exportarint, permutarint, corruperint; morte, corpore, bonis multantor.

§. 73. in f. eod. Accuſatio publica eſto.

Eod. Qui ſcientes diſſimularint, duas marcas auri, pœnæ nomine pendunto.

§. 74. **So dann ein.** Bonorum publicatorum triens Indici, reliquus bes loci Magiſtratui, eóve ſpernente, Circuli ejus Monetalibus defertor.

§. 75. **Wo aber einer.** Eadem diviſionis ratio in pœnis eorum qui dictas fraudes comperiſſe & reticuiſſe convincentur, ſervator.

§. 76. **Würden aber.** Sin ultionem omnes neglexerint, & indicium ad Fiſcalem delatum fuerit; tum is contra delinquentes delictorumque vindictam negligentes ſimul procedito, & multam cum indice eadem proportione partitor.

§. 77. **Nach dem auch.** Argentum & aurum infectum, vaſa quoque argentea, præterquam deaurata, ſed & Ducati probi, aurumque Rhenanum ſignatum, ne exportator ullo pacto, ſub eadem, ſuprà numorum corruptoribus ſtatutâ pœnâ.

§. 82. **Wir ordnen.** Qui numos probos fudiſſe, fregiſſe, laviſſe, falſificaſſe deprehenſi fuerint, ignis ſupplicio tolluntor.

§. 84. **Dergleichen ob die.** Aurificibus nummos aureos vel argen-

argenteos, quantum opificii exigit uſus, nec ſuprà, ſciente Magiſtratu conſumere fas eſto: vendendi vel exportandi facultas ne eſto.

§.86. **Ferner als ſich.** Cudendæ monetæ jus nemo alteri vendito, locato, cedito: nemo cum monetariis pacta illicita contrahito: ſuo quisque ſumptu pecuniam ſignato: edicto in omnibus pareto.

§.87. **Da aber jemand.** Qui contrà facient; gratia Cæſarea & jure monetæ illicò excidunto.

§.88. **Deßgleichen.** Conductores juris monetalis, decem auri marcis multantor.

§.89. **Were es auch.** *& ſeq.* Quibus cudendæ monetæ jus deinceps à Cæſare indulgebitur, *(Mynſ.4.obſ.24.)* huic legi ſubjacento: privilegia contra eam conceſſa, vel porrò conferenda, irrita & abrogata ſunto.

Receſſ.66. leges ſunt.

§.157. **Demnach haben.** *& ſeqq.* Thalerorum ſolidas, ſemiſſesq; & quadrantes formas ferire, iisque contrahere liceto: ſolidi cruciatis ſexagenis octonis valento, marcæ Colonienſis octava pars ſunto. Reliquorum eadem proportionis ratio eſto.

§.160. **Und damit der/ꝛc.** Cruciatorum quinarii, horumque ſemiſſes porrò intermittuntor.

§.161. **Es ſol auch/ꝛc.** Qui peculiares in ditionibus ſuis numorum ſpecies expreſſerint, iisdem porrò, ſed ad æſtimationem puritatemq; monetæ Imperialis revocatis, utuntor.

§.164. **Und damit.** Specimina ſive cenſuræ recens cuſorum Fiſcali mittuntor, is Edicti fraudatores ad pœnam & privationem convenito.

§.165. **Auf den fall/ꝛc.** Numos contra leges numarias ferientes, præter cæteras pœnas, proſcripti ipſo jure ſunto, jus monetale amittunto, proſcriptio per Circulos executioni dator. *(Gail. 2.de P.P.c.3.num.19. 1.obſ.3.num.9.)*

§.168. **Wir ordnen/ꝛc.** Monetarii nec jure monetali exutis, nec aliis adverſus Edicti prohibitionem operam locanto.

§.175. **Wir ordnen.** Magiſtratus monetariarum fraudum vel parum acres ultores, vel participes, Circuli ad Fiſcalem deferunto: is pœnam decem marcarum auri exigito.

§.177. **Wiewol dann auch.** Vocatorum ad probatorios conventus quibusdam non convenientibus: ſumptus in eam rem per cæteros facti Fiſcali deſignantor, & per eum jure judicioq; repetuntor.

Receſſ.70. leges ſunt.

§. 127. **Damit aber/ꝛc.** Pfenningi & helleri, præter Circulorum permiſſionem, & regionis cujusq; neceſſitatem, penitus ne cuduntor.

§. 129. **Da aber jemand.** Secus editi, à Circulo vel Cæſare interdicuntor confiſcantorque ubicunque locorum reperti: damnum domini monetales, quibus contigerit, ſarciunto, jusq; monetæ citra cauſæ cognitionem amittunto, & à Cæſare exercere prohibentor: nec niſi de voluntate Ordinum in Comitiis reſtituuntor.

§. 130. **Der Müntzmeiſter.** Monetarii quoque præter damnorum reſtitutionem, morte, vel corpore, vel ex arbitrio plectuntor.

§. 131. **Vnd was jetzo/ꝛc.** Eadem pœna eſto cruciatorum ſemibaciorumque ſupra modum Conſtitutione permiſſum, percuſſorum.

§ 135. **Vnd dieweil man.** Quibus eſt jus cudendæ monetæ eo non ubivis, ſed tribus vel quattuor duntaxat locis à Circulo deſignatis utuntor, ſub pœnâ indignationis, & amiſſionis dicti juris, exceptis tamen iis qui ſuas habent proprias fodinas.

§. 136. **Darumb zu weiterer.** Monetarii & Inſpectores Circulorum inquiſitione adprobantor, jurantoque in leges numarias, cum cautione omnium bonorum, ſuique quoties exigentur ſiſtendi.

§ 137. **Was dann oben/ꝛc.** Eadem ipſa in numorum examinatoribus obſervantor: hisq; compertarum fraudum denunciatio imperator.

§. 140. **Als wollen wir.** Conventus exploratorii per Circulos quotannis duo, Kal. Maji & Octobris habentor: his omnia huic legi adverſa prohibentor.

§. 141. **Da aber ein.** negligentes per Circulos vicinos Cæſari nominantor, ab eoque ſuſpenſione, aliisve remediis ad officium compelluntor: atque conventibus probatoriis frequentes intereſſe periculo juris ſui monetalis, jubentor.

§. 142. **Was auch.** Interea cuſos iis locis numos vicini Circuli, tanquam Cæſaris in eâ re delegati, ad ſuam notionem trahunto.

§. 150. **Vnd auß ſonderen.** Electores quattuor Rhenani, cumque his Commiſſarii Cæſarei, annuis mercatibus Francofurtenſibus, ne quid ullo pacto in edictum committatur, Senatus oppidani adjumento, proſpiciunto.

§. 151.

§.151. **Da ſie dann.** Argentum infectum & omnem reprobam pecuniam occupanto.

§. 152. **Dergleichen.** Idem Saxo & Brandenburgicus ſuis emporiis factitanto: Cæſari quoque in propriis & Imperii civitatibus, ubi opus videbitur, eadem res curæ eſto.

Deputat.71. leges ſunt.

§. 13. **Vnd ſol das.** Numi aurei argenteiq; ſeu probi, ſeu interdicti & fiſco debiti ex Imperio ne exportantor.

§. 15. **Wie dann.** exteri præter edicto exceptos ſub eadem confiſcationis pœnâ ne importantor.

§.28. **Vnd wiewol.** Quibus ſuæ ſunt fodinæ, lociq; cudendæ monetæ peculiares: iis aurum argentúmve penes ſe natum duntaxat; aliunde partum, locis à Circulo deputatis feriunto.

§. 35. **Als dann auff.** Anglicani, Henricani, Roſtrati, Roſati Nobiles probi permiſſiq; ſunto: in Imperio tamen ne cuduntor.

§ 37. **Sintemal auch.** *& ſeq.* Monetarias fraudes, Magiſtratus ſuis emporiis inhibento: ſin minùs; Cæſar, adhibitis ejus loci vicinis Electoribus & Principibus, provideto.

Receſſ. 76. leges ſunt.

§. 77. **Inſonderheit wollen.** Qui debita vicenis quinis florenis majora, minoribus formis diſſolvere conabuntur, earum confiſcatione plectuntor.

Receſſ. 94. jura ſunt.

§.110. **Wir ordnen.** Ne quis Status alteri privilegium monetale vendito locatóve. Si fecerit; à Fiſcali per Circulum ejus rei certiore facto juris ſui ſuſpenſionem privationémve accuſator.

Eod. verſ. **Wir wollen.** *Monetarii* falſi ubiq; locorum comprehenduntor, pœniſq; ſtatutis ſubduntor.

Eod. in fin. Monetarii monetarumq; exploratores non ſolùm domino qui eos conduxerit, ſed & toti Circulo juramento obſtringuntor.

Receſſ. 98. leges ſunt.

§. 56. **Dabey wir dann** Baciorum ſemiſſes dodranteſq; formæ deinceps, donec aliud ſtatuatur, in totum ne conflantor.

§. 57. **Vnd als ſich noch.** Qui formas majores in minores converterint, per Circulos ſeverè coërcentor, *Denaiſ. rubr. 192. integrâ.*

d) Pœnas adcumularunt præſcriptæ exhibitæq; leges: *Nemeſ. Karulina d. loco*; ut ampliſſimi viri Georgi Remi paraphraſi expoſita eſt, tres modos, quibus utplurimùm moneta publica mo-

adulterari ſolet, diſtinguit. Primùm, ſi dolo malo alienum ſignum monetæ imponatur. Deinde, ſi aliud metallum auro vel argento admiſceatur. Tum, ſi juſtum monetæ pondus tundendo, radendo, mutilando, excoquendo, adimatur. Et in ejusmodi monetæ adulteratores (paracharactas dictos) eo quo præſcribitur modo ex rigore animadvertitur: Nempe, ut qui nummos falsâ ſuſione formant, falſam monetam feriundo, flando cudunt, aliis palàm oſtendunt, aut permutant, aliis perſuadent, ut eam fraudulenter doloq; malo, alios damno afficiendi & fallendi animo exponant; & ipſo facto exponunt (adde *Farinac. quæſt. de falſ. 115. num. 132. & ſeqq.*) & expendunt, ii per Conſtitutionem Conſtantini (*l. 2. C. de falſ. mon.*) conſuetudine ad noſtra uſque tempora confirmatâ, omni dilatione ſemotâ, flammarum exuſtionibus mancipantur: Et domus eorum, quas ad miniſteria hujus criminis ſcientes domini elocarint, fiſco vendicantur. Qui verò juſti valoris & ponderis nomiſmati, circumcidendo & radendo, aut novâ arte aliquid detraxerit, ademerit: aut (quia ſuis tantum ſtudiis, ut idem Imper. Conſtantinus reſcripſit, & quibus clementia Imperatoria poteſtatem diplomatibus fecerit, cudendæ pecuniæ, regale frequentari vult) ſine privilegio à Cæſareâ Majeſtate impetrato monetam quis percuſſerit, is in vincula conjici & pro commiſſi gravitate corporis pœnâ, vel ſi leviùs peccarit, mulctâ (adde *Menoch. l. 3. arbitr. quæſt. caſ. 316.*) coherceri debet. Sin verò grandiorem quis probatam monetam reflaverit, & in fornacem conjectam reſolverit, ut minorem efficiat, itidem corporis pœnâ, vel mulctâ pro ratione delicti, puniri poteſt. Et ſi ſciente conveniente Magiſtratu tale quid fiat, tunc ipſo jure cudendæ monetæ jus & privilegium Magiſtratus ille ſeu Princeps, amiſit, & regali tam amplo excidit non injuriâ. Quòd etiam reus Majeſtatis omnis percuſſor monetę dicatur, notat *Farinac. quæſt. 115. de falſ.* an in monetâ falsâ ſolus adfectus puniatur, vide eund. *quæſt. 115. num. 92. & ſeqq.* Adhibe hîc *Decian. crim. lib. 7. c. 28.* qui *lib. eod. cap. 23. num. 12.* diſſerit, an hîc alchimia (τῆς χρυσοποιίας enim ſpei ſe multi credunt infelices, & ſic bonis elevant. Piccart. magnum mihi nomen inlaudat. Funebri Scipionis noſtri) prohibita ſit? Tacitus *lib. 2. hiſtor.* adnuit, apud Antiochenſes aurum argentumq; ſignatum, ſed per idoneos miniſtros. Itaque valeant monetæ, publicæ quaſi annonæ flagellatores.

§. 151. Scitiores quoque facti ſumus, præcipitante hoc

hoc Deputatorum conventu, quâ viâ expeditiſſimâ cauſæ eorum, qui ſe pluris [a] quàm oporteat publicis Imperii tabulis cenſos arbitrantur, pertractari, & Album [b] Imperii, ad quod noſtrorum atq; Ordinum votorum ſumma adſpirat, reſtitui poſſit; & cujus gratiâ, (quandoquidem heìc negotium nobis definire non licuit, cùm ſecundùm ſanctionem publicam, anno CIↃ IↃ XCIV. Ratisponæ erectam, in plerisque circulis neceſſariæ maximè legitimæq́ue inquiſitiones non anteceſſerunt, &, ut quidem diſtrictè flagitatum eſt, circulorum conventus quibusdam in locis non indicti ſunt, tales perquiſitiones aliáve adminicula eâ ſerie & ſucceſſu, ut præſcriptum hactenus, maximam partem non convenerunt, Moderationisq́ue arbitrium, certo die anquirendum ex deſtinatione non ſucceſſit, & hoc ipſo tempore, quandoquidem proximis calatis celebratis Ratisponæ Comitiis nihil hac de re quidem latum, aut hîc propoſitum, diſpoſitum, nec omnes mandata [c] ad hoc caput protulerunt,) rogati præcipuè obſecratiq; ſumus, ut circulos literis moneremus atque obteſtaremur, convenirent, & ſi quid adhuc, ut dictum planiùs, deſideretur, illud ipſum quamprimùm ſarcirent, curarentq;, ut quisque altero moderatorum Deputatorumq́ue ſolemni conventu vergente certiùs curatiusq;, niſi vis major obſtet, comparere, negotium uberiùs diſceptari, illiq; extrema manus & quaſi colophon imponi queat Itaque, cùm occluſæ ad fortiora conſilia aureis nobis non ſint, perſuadebimus, agemus curabimusq́ue, ut res ad circulos maturrimè referatur, nec ſtudium requiri noſtrum poſſit.

a) Non hîc de terræ glebâ, aut ſtillicidio jus dicitur, ut Lipſ. alibi fatur. Non de glande legendâ, tigno immittendo in vicini parietem, de calce fodiendâ: neque de tribus poſthumi capellis;

non de partibus lucri ex ſocietatis contractu debiti: non de jure aureorum annulorum. Agitur de re, teſſerâ, ſymbolo Imperii, cujus cives læti libentesq́; audimus. De moderationum cauſis quæ in Camerâ non tractantur, *Mynſ.3.obſ.34.n.5.* ex *Receſſ.anno 1548.5.anno 1555.anno 1594.* has leges ſubſigno, *Receſſ.d.1548.* leges cape *§.77.* **Dieweil aber.** Si qui ſe pluris quàm oporteat publicis Imperii tabulis cenſos arbitrabuntur: hi ejus rei querelam ad Circulum ſuum deferunto: is per delegatos de cauſis gravaminum inquirito, atq; alios iis decidendis deputato.

§.82. **Vnd demnach ſolche.** Relevandi cauſæ juſtæ ſunto: ſi cui quid de territorio poſt factam æſtimationem deceſſerit; ſive inſignis quæpiam calamitas acceſſerit.

§.83. **Wann dann die.** Moderationis arbitrium bono & æquo nititor: quid quantumque de cenſûs cujusque capite demi debeat, nominatim exprimitor: idq́ue ipſum iis ad quos ea res quâ de agitur pervênit, adſcribitor: atque ita novæ utriq; tabulæ conficiuntor.

§.84. **Wo aber die.** Sin cauſæ petendi improbabiles exiſtimabuntur; moderatio negator.

Receſſ.55. leges ſunt.

§.134. **Vnd wiewol wir.** Si quid circa procedendi ordinem modumq́ue incidet dubii: Moderatores Cæſarem conſulunto, cauſam principalem ipſi deciduuto.

Receſſ.94. leges ſunt.

§.122. **Im fall dann.** Ab eorum ſententia ad Comitia Deputatorum provocatio eſto.

§.123. **Es ſollen.** Ibi actis prioribus cum libello ſummario prolatis, concluſioneq́; unà facta, cauſa ex æquo & bono definitor: Imperiiq́; Album ſeu Tabulæ cenſuales redintegrantor.

§.128. **Da dann die ſachen.** Litis præparatoria hinc in Electorum, inde Principum Senatu ſeorſim tractantor, collatisq́ue more majorum & junctis utrorumq; placitis, ubi deinde ad cognitionem cauſæq́; deciſionem ventum erit; uno omnes Senatu, præſentibus etiam Cæſareis Commiſſariis ſententias dicunto, & ex eo quod majori parti ſederit, definiunto. Diſcrepantibus pari utrimq; numero ſententiis, colophonem Cæſar imponito.

§.129. **Wann auch bey.** Album Imperii illud quod anno CIↃ IↃ XXI. de conſilio & conſenſu Ordinum conſcriptum fuit, in judicando propoſitum ſibi habento, idq́; niſi qua per Moderatores mutabitur, ratum porrò eſto.

Eod.

Eod. Receſſ. 48. j. leges ſunt.

§. 52. **Vnd als durch.** Eximentibus ceſſantibus, exempti ſalvo in illos regreſſu & indemnitate, tributorum nomine excutiuntor.

§ 53. **Etliche andere.** Actione in exemptos intentata, eximentes ut interveniant, citantor: Camera ſummatim & de plano cognoſcito, litem intra biennium finito.

§. 55. **Doch ſollen den.** Condemnatis petitio moderationis ex cauſis integra eſto.

§. 56. **Wann auch ein.** Probatio quaſi poſſeſſionis, quattuor vel ſummum quinq; menſium ſpacio perficienda, ante litis conteſtationem admittitor: contra quam ſi pronuncietur; tamen poſtillà nihilominùs cauſæ principalis jus & proſecutio ſalva maneto.

§. 57. **Vber ſolches.** Qui tabulis publicis cenſi, neq; eximi ſeſe conſentiunt, & onera ultrò adgnoſcunt: ſua voluntate ſine fraude utuntor: contra eximentes in eo ſeſe turbantes ipſi vel Fiſcalis in Camera experiuntor.

§. 58. **Oder aber der.** *& ſeq.* Exempti qui priùs onera ſubierint, eximentibus cum onere adcreſcunto: ſecùs ſi nihil antea ſolviſſent. Quos tamen memoria extiterit ſemel iterumq; contribuiſſe, hi porrò conferunto.

§ 60. **Vnd im fall.** Quibus exempti ſine onere adceſſerint, iis cenſus quoq; juſto minor augetor. adhibe *Gail. 1. obſ. 21. n. 18. 19.* qui, cùm onera Imperii poſſeſſorem ſequantur, *Hartm. tit. 52. obſerv. 5. num. 1. & ſeqq.* concludit, imminutiones territoriorum pro ratâ diminutionem exactionum mereri; (**wann einem Herren oder Stand ſeine Landſchaft wird geringert/daß dann der voriger vnd alter anſchlag deſſelben Herren oder Stands derhalben auch billich moderirt vnd geringert werden ſolle.**)

An autem captivus poſſit durante captivitate conveniri ad ſolvendas collectas? disquirit *Mynſ. 3. obſ. 34. num. 4.* Eundem vide *4. obſ. 70. Gail. 2. obſ. 52. num. 26. Hartm. tit. 52. obſ. 6.*

b) Jura Ordinum & ſtatuum Imperii procurator Fiſcalis Cameræ tuetur, qui quomodo conceptis articulis contra eximentem & exemtum, qui patitur ſe eximi, agat, *Gail. noſter 1. obſ. 21.* pleniùs tradit, *Renat. Choppin. de doman. d. reg. lib. lit. 1. tit. 2 & 5.* Si cum eximendo procurator contra eximentem agat, illi adſiſtit, & ſimultaneo proceſſu jura Imperii defendit. Sola autem Imperii matricula intentionem fiſci probat, & probationem li-

N

bertatis & exemtionis transfert in eximentem: quæ adverſus Imperii orbem tempore immemoriali adſtruitur. *Receſſ. anno 1548.* §.**Wann auch ein außgezogener.** *Gail. de arreſt. cap. 7. num. 24.* Ad probandam quaſi poſſeſſionem Imperii ſufficit, eximendum ſemel & antiquitus matriculæ inſcriptum eſſe; Hîcq; ſummariè & citra moram proceditur, concluſioq; adceleratur. Non abibimus extra decóri limites, ſi in tempore de *Proceribus Imperii, ſubditis*, quædam memoremus: Itaq; 1. quemadmodum Phœbus

——— *qui terrarum opera omnia luſtrat*,

luminis ſui ſtricturas impenſiùs in hæc, remiſſiùs in illa loca demittit: ita, Imperialis luminis ſplendor, beneficentiæ ſuæ radiis illos benigniùs, hos parciùs colluſtrat, ut in luce Nobilitatis ipſius cumprimis apparet. Alii enim Imperio immediatè, **ohne mittel**/alii mediatè, **mit mittel**/ſubjecti ſunt. quod ex noviſſimo etiam Imperii decreto Ratiſpon. *anno 1613.* §.**Vnd damit dem Erbfeind.** confirmatur. Mediatè vulgò **Landſaſſen** appellantur. Poteſt tamen quis immediatè Imperio ſubeſſe, & ratione bonorum principaliter alterius Status Imperii ſubditus eſſe, ſcil. ex pacto, conventione, & lege contractus. *Receſſ. anno 1548.* §.**Auch der Graven von Tübingen halben.** Sic Comites Thubingici eorum quæ ab Imperio, non quæ ab Auſtriacis immediatè tenent, nomine in publicis contributionibus, conferunt, *Receſſ. eod. §. 70.* **Aber der.**

2. Subjectionis (quæ triginta annis præſcribitur, *Gail. de arreſt. 7. num. 17.*) ſigna ſunt; *homiagium* ab ὁμοῦ quod eſt ſimul, & ἅγιον ſacrum, *quaſi commune ſacrum præſtare*, & ut vernaculus noſter ſermo exprimit, **verheiſſen getrew/gehorſam/vnd huld zu ſeyn.** Hinc ſubditi vocantur, **liebe/getrewe/vnd gehorſame Vnderthanen.** Vide *Roſenth. de feud. part. 1. c. 6. concl. 37. & 85. Knich. de jure territ. c. 3. num. 170. & ſeqq. Hotoman. de feud. c. 32. Covar. in c. quamvis de pact. in 6. relect. part. 1. §. 1. in pr. Pacian. lib. 2. c. 37. num. 25. & 47. & cap. 40. num. 5. 6. de prob.* Aliud eſt in Vaſallo præſtandæ fidelitatis ſe devinciente, **getrew/gewärtig vnd hold zu ſeyn.** Gail. de arreſt. cap. 7. num. 10. & ſeqq. *Vocari à domino loci cujus ſubditus eſt, cum aliis provincialibus,* **Landſtänden vnd Landſaſſen**/*ad Comitia provincialia, collectas illi exſolvere, communia decreta obſervare, ad curiam domini appellare*, §. ſi quis igitur 3. c. 2. Novell. quib. mod. naturales legitimi. *Natta conſ. 35. num. 4. vol. 4.* adde *Gail. 1. obſ. 21. num. 9.* & novitium ſcriptorem, qui librum fecit de *Landſaſſiatu, Jure territoriali, Schriffſaſſiatu,*

Ampl-

Amptſaſſiatu,&c. *Contra ſubditum fugitivum, an arreſtum valeat.* adhibe *Gail. de arreſt. c. 8. 10.* prolixiùs.

3. Immediatè Imperio ſubjectus adminiſtrationis rationem reddit Imperatori, qui eundem poteſtate ſuâ crudeliter in ſubditos ſub umbrâ officii abutentem, ſi malæ adminiſtratæ provinciæ, criminumq; urgeatur, privare jurisdictione poteſt, *Vaſq. illuſtr. controv. lib. 1. c. 8. nu. 17. & ſeqq. Mynſ. 5. obſ. 8. Boër. deciſ. 304. Gail. 1. obſ. 17.*

4. Mediatè ſubditus Principi ſuo, cùm nempe Princeps habet, **die landsfürſtliche Obrigkeit / oder Oberbotmeſſigkeit.** ſi ille culpam invidiâ velet, quod adminiſtratoribus provinciæ quondam familiare ſcribit autor noſter Tacitus, rationem adminiſtrationis edere tenetur, *Vaſq. d. loco.* Nota hîc quæ de *confinibus probandis* ſcripſit Mynſ. 6. obſ. 25. & de *lapidibus terminalibus,* **Feldmarck / Marckſtein / Forſtſtein / Güterſtein / Landſtein /** *Ruland. l. 6. tit. de inſp. term. lap. c. 2. & ſeqq.*

5. In Politia Germanicâ civitas Imperialis **Reichsſtatt** (cui opponitur **Landſtatt**) quæ Imperio immediatè obnoxia paret, dicitur, quæ jure ſuffragii & ſeſſionis, ſeu ſellæ comitialis in Comitiis utitur, & illius matriculæ, ut Imperii membrum, eſt inſcripta ad contributiones Imperio ipſi præſtandas, *Gail. 1. obſ. 21. n. 9. & lib. 2. obſ. 57. Scipio Gentilis* (cujus manibus benigna apprecamur) *lib. 3. de jurisd.* Hæ civitates jura Principum cum territorio habent, *Gail. de P. P. lib. 1. c. 6. n. 11.* Civitates Anſaticæ (communiter ita dictæ, quòd maxima earum pars ad Balthicum fretum collocata ſit) etſi florentiſſimæ ſuperioribus ſeculis & omnibus vicinis principibus & regibus ζηλωταὶ fuerint, vi tamen ſocietatis, ſumere ſibi publicæ quicquam poteſtatis poſſunt, quæ ultrà privatorum Collegiorum conditionem caput non effert. Nec enim Anſaticæ omnes, ut *Bodin. lib. 1. de Rep. c. 6.* falsò autumavit, Imperiales civitates & liberæ ſunt; neque quicquam ad publica jura conſequenda adjumenti toti ſocietati, & iis, quæ in ea muncipia provincialia exiſtunt, adfert, quòd una ut *Waremundus de fœd. p. 1. cap. 2. num. 45.* ſcripſit, atque altera, ut alii proſcribunt, eodem Anſæ corpore hodie etiam contineatur. Facit *Receſſ. anno 1557. §. 53.* **Wir wollen auch auß.** ubi legitur, Nobiles in Imperio liberos, civitatesq; Hanſeaticas, quæ nec ſuperiorem alium adgnoſcunt, nec Imperii tabulis publicis cenſi ſunt, in contributionis ſocietatem alliciendas eſſe. Vetus civitatum videtur libertas; *Tacit. lib. 4. hiſtor.* prodit enixè, valeſcentibus Ger-

manis, pleraſq; civitatis adverſum Roman. armatas ſpe libertatis: & ſi exuiſſent ſervitium, cupidine imperitandi. Idem *eod.lib.* refert jusjurandum quod Senatus *urbis* concepit, quo omnes, *Deos* (à textu autoris non abscedo) *teſtes* advocabant, *nihil ope ſuâ factum, quò cujusquam ſalus læderetur, neq; ſe præmium aut honorem ex calamitate civium cepiſſe.* Trepidis, & verba jurisjurandi per varias artes mutantibus, quîs flagitii conſcientia inerat.

6. Sunt etiam civitates nonnullæ, in quibus alii Duces, Comitésve uſurpant quædam jura, licet territorium ibi non habeant, ut eſt *Goslaria, Magdeburgum, Colonia, Aquisgranum, Erphordia*, & aliæ. *Steph. de jurisd. lib.2. part.2. cap.1. num.24. Mynſ. conſil.13. num.10. Gail.2. obſ.54. num.10. & de arreſt. cap.6. Roland. à Vall. conſ.1. num.45.46. volum.2.* Vide hîc de jure protectionis, **Schirmsgerechtigkeit.** Patronatus, & quòd ordinariæ jurisdictioni non derogent, privilegia protectionis quæ ab Imperatore etiam privatis perſonis dari conſueverunt, **daß ſie/ jhre kinder/ vnd güter in der Kaiſerl. Majeſt. vnd des H. Reichs ſchutz vnd ſchirm ſeyn ſollen.** *Gail.2. obſerv.54. Schurff. conſ.23. cent.3. Weſenb. conſ.48. lib.1. num.22.23. Sixtin. conſ. Marpurg.8. nu.48. 49.104. Waremund. ab* **Ehrenberg.** *lib.2. meditam. de fed. cap.1. num.42.43.* adhibe etiam *Thomam Michaëlem in diſp. de jurisd. concl.138. Frider. de proceſſ. lib.2. c.14. Matthiam Steph. de jurisd. lib.2. part.2. cap.2. num.128. Denaiſ. rubr.211. §.2. Rutg. Ruland. de commiſſ. part.4. lib.2. cap.3. num.12.13.14. Receſſ. anno 1555. §.* **Es ſol auch kein Stand den andern noch deſſen Vnderthanen.**

7. In quibusdam civitatibus, Provinciæ Præſes, Comes aut Princeps vel Senatus civitatis præfectos ſeu Prȩſides conſtituunt, qui adminiſtrationi præſunt, *Covarr. pract. quæſt. cap.4. num.34. num.5. Boër. de cuſt. clav. Hotom. conſil.5.* Exempla ſuppeditat Weſtphalia, Saxonia. Alſatia, &c. Civitates ubi conveniantur, excuſſit *Gail.1. obſ.1. num.18. Mynſ.5. obſ.1. Hartm. tit.1. obſ.1. Frid. de proceſſ. lib.1. cap.17.* Obiter: Civitates, etiam mediocres quot conſilia, **Räthe** habeant, exponit *Coler. de proceſſ. exec. part.2. c.3. num.350.*

8. Nobiles (nobilitas aliâs eſt triplex: virtutis, ſtemmatis, cenſus, *Tiraquell. tract. de Nobilit.*) immediatos, Comites, Barones, nobiles mediati, cives & aliæ perſonæ, in Camerâ Imp. in primâ inſtantiâ convenire poſſunt; & privilegium **der Außträg/** uti colligitur ex *Ordin. part 2. tit.4. §. fin.* argumento à contrario ſenſu ducto, hîc non obtinet, *Gail.1. obſ.1. num.17.46. Frider. de proceſſ. lib.1.*

*lib.1.c.18.num.3.in fin.Mynſ.1.obſ.89.*ubi tradit,*tit.5.part.2.Ordin.* Cameræ, etſi dubiè loquatur, ſecundùm rubricam interpretandum & intelligendum eſſe; atque ita in Camerâ explanatum fuiſſe.

9. Nobiles immediati, pacificatione religionis enixè comprehenduntur,per verba Conſtitutionis, anno 1555.latæ, **Die freye Ritterſchaft/welche ohne mittel der Kaiſerl. Majeſtat vnderworffen/ſollen in ſolchem friden auch begriffen ſeyn.** Et receptum eſt, Magiſtratum, religionem jure territorii mutare poſſe,*d.Conſt.*§.**Vnd damit ſolcher frid/** verſ. **Oder nachmals aufrichten möchten.** *Mich. concl.49. lit.c.* An autem Nobiles mediatè ſubjecti Imperio,beneficio *d.Conſtit.* gaudeant,non disquiro.Lata hujus controverſiæ ſeges inciſa eſt,*Symph.tom.1.part. 1.tit.3.voto 5.*

c) Obſervandum aliâs,quòd ex causâ novâ,quæ committentem latebat, quandoque Legati, Oratores, Commiſſarii Principum,ex tempore pro re natâ, limites mandati ſui excedere poſſint, maximè ſi mandato,vel inſtructioni, ut vocant, generalis clauſula illa inſerta ſit: *Reliqua tuæ prudentiæ & discretioni committimus.* Tutius tamen eſt,ſi tempus & occaſio ferant, ſuper novâ & incidenti causâ committentem conſulere, *Gail.1. de P.P. c.4.n.30.31.*

§. 52. Quod ultimo ſupereſt loco,ut in circulum noſtra redeat oratio; Cùm ſecundùm legis decretique communis,'cujus ſententiam conſultum Imperii, anno CIↃ IↃ XCVIII.[a] publico fixum enunciat, juſſa, Viſitatione ipsâ extra ordinem transactâ,præludia atque præparatoria Reviſionum ſignificatarum disceptata ſint, & res eò promptiſſimè devenerit,ut taxationi locus datus ſit,& gravamina aliquot inlata ſint,quorum, aliarúmve quas ſecum longâ copulâ trahunt, prolixitatum causâ, & quandoquidem gravaminum exemplaria ſinguli enixè rogarunt, ulteriùs progredi negatum fuit; ſed, quò illorum accuratior definitio propediem habeatur, noſtri Commiſſarii accipiendis conſiliis promtiores,cum ipſis Electorum,Principum

delectorum & Ordinum Conſiliariis & publicæ cauſæ oratoribus, conventum diemq́ue alium, nominatim primo Maji anni proximùm ſequentis CIↃ IↃ C I. heìc Spiræ urbe noſtrâ concelebrandum, deſtinarunt: Itaque ex adjectis collatisq́ue placitis, ſuffragium judicio illi benigniſſimè damus, & *Electores, Principes nominatos, Ordines* clementiſſimè compellamus, ut publico Juſtitiæ commodo Conſiliarios, Reviſores officio legationis promtiùs mittant, quò Reviſiones neceſſariæ & utiles aliquando finem ſortiantur, & unicuique jus ſuum dispertiantur; Oratores Commiſſariosq́ue noſtros, quíve Principum reverentes & cupientes, ut quidem convenit, adjungere nulli dubitabimus.

a) §. Wie vnd welcher geſtalt nun in vndernemung, *&ſeqq.*

§. 153. Iſthæc atque ſingula nuncupatim, quæ ſuperiùs conſignata perſcriptaq́; ſunt, & nos Roman. Imperatorem attinent, aucto animo ſpondemus & obſignamus, intemeratâq́; fide adſerimus *absq; dolo.* Quod conteſtaturi, ſigillum Cæſareum in hujus Conſulti calce appendimus; Et nos Electorum, Delectorum Principum, Prælatorum, Comitum, Civitatum Imp. miſſu atque auctoritate Conſiliarii & Legati inferiùs aſſcripti, profitemur, eorum atque adeò Imperii Ordinum nomine, hoc ipſo Conſulto, omnes ſuperiùs perſcriptos articulos atque capita, quæ nunc fama recentior, apertior promit, noſtro adſenſu, conſilio, & deſtinatione tractata atque enucleata ad hanc faciem eſſe. Et ſingula adprobamus, firmamus nomine ſuperiorum atq; Ordinum Imperii, ad hoc ſcilicet conſtituti & delecti actores hoc chirographo, & Conſulti hujus auctoritate; quæ ab Imperii Ordinibus fideliter & certiùs ſervabuntur,

buntur. Atque in his dolum, fraudem omnem abfuturum.

§. 154. & poſtremus.

Cæſareorum Commiſſariorum & Conſultantium nomina. Philippus electus & confirmatus Epiſcopus Wormacienſis, &c. Johannes Comes à Montfort, Dominus in Tettnang & Argen. Eberhardus Wambold ab Vmbſtatt/ Chriſtophorus Faber, & Johannes-Jacobus Streit/ ambo Jurium Doctores, ſacræ Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarii. *Nomine Wolfgangi Archiepiſcopi Maguntini & Electoris, &c.* Georgius-Fridericus Greiffencloe von Volrahts/ Metropolitanæ Eccleſiæ Magunt. & Spirenſis Capitularis, & Metropolitanæ Eccleſiæ Wormacienſis Cantor. Philippus-Wolff von Roſenbach/ J.U.D. Cancellarius, Johannes-Richardus Brumbſer von Rudersheim. Bernhardus-Philippus Wolff von Roſenbach/ J. Licentiatus, & Petrus Kraich von der Hart/ omnes à conſiliis interioribus. *Lotharii Archiepiſcopi Trevirenſis, &c. & Electoris, &c.* Jacobus ab Eltz/ Metropolitanæ Eccleſiæ Maguntinenſis, Trevirenſis & Spirenſis Capitularis, Antonius Cratz von Scharffenſtein/ Præfectus Confluentinus, in Bergpflegen vnd zu Engers. Damianus von der Layen/ Præfectus in Cochme/ Daun vnd Vlmen. Petrus Schneid/ & Johan. Beyer, ambo J. Doctores, omnes quattuor Conſiliarii. *Erneſti Comitis Palatini ad Rhenum, &c. Archiepiſcopi Colonienſis & Electoris, &c.* Adolphus Wolff/ cognomento Metternich zu Geacht/ Metropolitanæ Eccleſiæ Spirenſis cuſtos. Johannes Roperti, Johan. Venlo, & Chriſtophorus Wentzler/ Jurium reſpectivè Doctores & Licentiat. à Conſiliis. Miſſu *Friderici Comitis Palatini ad Rhenum, &c. Electoris, &c.* Ludovicus Culmann/ J. Doctor, Vicecancellarius. Heinricus à Schwerin/ Præfectus Heidelbergenſis. Michaël Lœfenius & Leonhardus Schug/ ambo J. U. Doctores, omnes à Conſiliis intimis. *Wilhelmi Friderici Ducis Saxoniæ, &c. Electoralis Saxoniæ Adminiſtratoris, &c.* Georgius Vitzthumb ab Eckſtett zu Kannaworff/ Capitaneus in Saltza & Sachſenburg. Johan. Badehorn/ J.U.D. Wolff à Luttichaw vff Kmelen/ Georgius Ulricus ab Ende/ David Rorarius, & Theodorus Möſtel/ ambo J Doctores, omnes *Tutelæ Electoralis* intimi aliíve Conſiliarii. *Joachimi Friderici Marchionis Brandeburgici, &c. Electoris, &c.* Joachimus à Winterfeld auf Sandaw vnd Fraw-

endorff hereditarius, Capitaneus territorii Sternebergenſis, Conſiliarius, & Arnoldus de Reyger in Gladbeck hereditarius, J. U. D. Camerarius, & judicii Provincialis in veteri Marchiâ Adſeſſor. *Domus Auſtriaca*, &c. Frideric᷒ Comes à Fürſtenberg/Heiligenberg/vnd Werdenberg. Landgravius in Bare, Dominus in Hauſen im Kintzingerthal/ Præfectus provinciæ, inferioris Alſatiæ. Joh Ludov. ab Ulm/in Marbach vnd Wangen. Gall Hager/ & Balthaſar Layman von vnd zu Libenaw. Præſes ſuperioris Auſtriæ, ambo J. U. Doctores. *Cæſareæ Majeſtatis* reſpectivè aulici Auſtriacíq; Conſiliarii. *Domus Burgundiacæ*, &c. Carolus Comes Egmondanus, Princeps in Gaure/ Eques aurei Velleris, Camerarius & Gubernator urbis & Comitatus Namurcenſis. Johannes ab Hatſtein zu Born/ Præſes Ducatus Lucelburgenſis & Comitatus Ceny. Petrus von dem Buſch. Præſes Comitatus Namurcenſis & Grigan / à Faing in Corva, Eques. ejus Celſitudinis Dapifer. omnes à publicis Conſiliis. *Julii Epiſcopi Herbipolenſis & Ducis Franconiæ*, &c. Wolff von der Than/Metropolitanæ Eccleſiæ Herbipolenſis & Spirenſis Capitularis, Johan. Servatius von vnd zu Demantſtein. Bartholomæus Kobold/ J. U. D. omnes tres à Conſiliis. *Andreæ, Cardinalis Auſtriaci, utpote Epiſcopi Conſtantienſis*, &c. Chriſtophorus Franciſcus, Baro in Wolckenſtein/ Dominus in Troſtburg/ Camerarius, Otmarus Weibel/ & Johan. Jacobus Langhans/ ambo Juriſconſulti, omnes tres Conſiliarii. *Erneſti, Archiepiſcopi Colonienſis, ut Epiſcopatus Monaſterienſis Adminiſtratoris*, &c. Arnoldus à Welfeld/Canonicus Monaſterienſis & Spirenſis. Petrus Hoffſchlag/& Michaël Tegeder/ambo JCti Conſiliarii Monaſterienſes. *Maximiliani Comitis Palatini, Ducis ſuperioris, inferioris Bavariæ*, &c. Gundacker von Tannenberg/Dominus in Aurolmünſter. Johan. Leonhardus Rod/ Leonhardus Ziendecker/ adminiſtrationis in Landshut Cancellarius, Otto Forſtenhäuſer/omnes tres JCti & Conſiliarii. *Auctoritate Heinrici Julii, Ducis Brunoſuicenſis & Luneburgenſis*, &c. Wernerus König / & Hildebrandus Giſeler Ruhmann / ambo Jureconſulti & Conſiliarii. *Johannis Wilhelmi Ducis Juliacenſis*, &c. Petrus Juen, Jacobus Rheinfeld / Petrus Simonius adgnomento Ritz / Jurium reſpectivè Doctores & Licentiat. &c. à conſiliis interioribus. *Mauritii Landgravii Haſſiæ*, &c Everhardus à Weyhe. Reinhardus Schäffer. & Johannes Groth/Jureconſulti, Togati, Senatores. *Barnimi Ducis Stetini, Pomeraniæ*, &c. Ægidius à Blanckenſee/

zu Schönenwerth: hereditarius, & Franciſcus Juchard/Jureconſultus, Conſiliarii. *Georgii Abbatis Weingartenſis, proprio & omnium ſacroſancti Imperii Romani Prælatorum, Auguſtalium nomine*, Beatus Moſes, Epiſcopo Spirenſi à primis conſiliis, & in ſpiritualibus Vicarius generalis, Albertus Everhardi, *Prælatorum Suevica dignationis*, & Weingartenſis Syndicus, ambo Jureconſulti. *Friderici Comitis à* Fürſtenberg/Heiligenberg & Werdenberg *ſuo, & per Imperii orbem omnium Comitum loco*, Gall Müller/ Comitum Suevicorum Syndicus, & Jacobus Kaßler/ambo J. U. Doctores, Syndici & Conſiliarii. *Miſſu civitatis Colonienſis Ubiorum*, Adamus Hulß/ & Johan. Michaël Creneburger/ambo JCti & Syndici. *Norimbergenſis*, Philippus Cammermeiſter/ cognomento Camerarius, Chriſtophorus Held / ambo Jureconſulti, Advocati & Conſiliariorum intimi. Et in hujus rei fidem & certitudinem, nos, *Georgius Fredericus* Greiffencloe von Volraths / Metropolitanæ Eccleſiæ Magunt. & Spirenſis Capitularis, & Metropolitanæ Eccleſiæ Wormacienſis Cantor; *Ludovicus Culman*, Jureconſultus, Vicecancellarius, velut *Maguntini & Palatini Electorales* ad hunc ſolemnem Deputatorum conventum & Panegyrin deſtinati Legati & Conſiliarii, *noſtrorum benigniſſimorum Dominorum cæterorúmve Electorum nomine*. *Fredericus Comes à* Fürſtenberg/ Heiligenberg & Werdenberg/*Landgravius in* Bare, &c. *Leonhardus* Ziendecker / J. U. D. *administrationis principalis in* Landshut *Cancellarius*, Principum Auſtriacorum & Bavaræ Oratores & Conſiliarii, *Eccleſiaſticorum & ſecularium Principum loco. Beatus Moſes Jureconſultus, Prælatorum nomine*. Gall Müller/J.U.D. *nomine Comitum. & Johan. Michaël* Creneburger/J*Ctus, loco civitatum Imperii*, ſigillum noſtrum huic Conſulto adpendimus, adpreſſimus & cuncta Comitiorum ſolemnia celebravimus. Datum Spiræ, noſtrâ & ſacri Imperii urbe inclutâ, quæ perennîs in annos obduret, die Lunæ xxx. Octobr anno Dominico cIↃ IↃ c. Regnorum noſtrorum, Imperii Romani viceſimiquinti, regni Ungarici viceſimioctavi, & Bohemici itidem viceſimiquinti.

Iſte §. quo transacto, manum de tabulâ tollemus, ut lucem capiat, axiomata quædam ex obſervationum noſtrarum libris & Jure publico de Comitiis, adpoſitè præſcribemus: I. Sit: Communi notione Comitia Germanica ordinaria vel extraordi-

naria, *Illuſtri viro Tobia Paurmeiſtero lib.2.c.2. de juriſd. Imper.* Generalia vel Specialia dicuntur.

II. Ordinaria & ſolemnia illuſtres conventus ſunt, qui præſide & directore Imperatore Romano, ob maximas & inexhauſtas Imperii neceſſitates, totum corpus Harmonicum illius concernentes, ſolemni proceſſu, Collegiis vel curiis ſingulis ſuffragantibus & compromittentibus inſtituuntur. Calata Comitia dici poſſunt. Quæ in his Comitiis potiſſimùm pertractentur, explicat *Paurm. pag.431. num.28.* Supplicationes, ſi cumulantur, coràm deputatis ex collegiis allectis & Secretario Moguntini expediuntur.

Jus Majeſtatis tamen, quod propriè in iis verſatur, de quibus inferioribus nulla ſtatuendi poteſtas eſt, *Bart. in l.9. de juſt. & jur.* Cum Jure Comitiorum, quod ad ordines etiam relatum eſt, confundi non debet. Quippe Imperator in conſtitutionibus & decretis generalibus ſanciendis ferendisq; ſemiſſem & reliqui ſtatus Imperii alterum ſemiſſem poteſtatis habent.

III. Imperator caput Comitiorum prævià Principum Electorum approbatione & conſilio convocat omnes & ſingulos ſtatus de cauſis expreſſis ad famam incolumitatemq; Imperii pertinentibus deliberaturos, uti leges Electionis confirmant, & *Receſſus Spirenſis de anno 1507.* §. **Haben wir ein.** *Ratisbon.* (quæ altera Auguſta Tiberii eſt) *de anno 1576.* §. **Als haben wir mit raht.** *Receſſ. Aug. de anno 1581.* §. **Haben auß gutachten.** Quod litteris Imperatoris Comitia indicentibus inſeritur his verbis: **Wann dann wir vnd des heiligen Reichs Churfürſten/ nach reiffer/ſtatlicher erwegung/vnvermeidlich vnd vnvmbgänglich zu ſeyn befunden / einen allgemeinen Reichstag anzuſtellen/ darzu vns wolermeldte Churfürſten einhellig jhren** conſens **dem herkommen gemeß/vnder jhr Liebden handſchrift vnd ſigeln gegeben/die beſtimmung des tags heimgeſetzt.**

IV. Tenor aureæ Bullæ tit.12. eſt, ut prima Comitia Imperatoris Norimbergæ indicantur. Cui conſuetudini minimè præjudicat, Comitia prima Maximiliani II. & glorioſiſſimi noſtri Matthiæ II. anteceſſorumq; alibi fuiſſe celebrata. Clauſula enim reſervatoria exempla in præjudicium & conſequentiam non trahit. *Receſſ. Aug. de anno 1566.* §. **Wiewol dann letztlich nach alter.** *Receſſ. Ratisb. noviſſ. de anno 1613.* §. **Wiewol dann letztlich.**

V. Legati civitatum Imperialium commiſſionis & procu-

ratorii

ratorii documento opus non habent, cùm tamen reliquorum ordinum abſentium Commiſſarii illud Cancellario Moguntino (Maguntinus enim Archiepiſcopus in Comitio Imperiali nomina legatorum & deputatorum, qui apud ipſum ut Archicancellarium mandatis, ac literis fidei, quas vulgò credentiæ appellant, exhibitis, ea profitentur, excipit, & annotat. Idem in conſeſſu publico, Electorum & Principum ordinumq; nomine Imperatori gratias agit, & ad propoſitionem deliberationis reſpondet. Idem conſultationis capita Principibus & Statibus ad deliberandum distribuit: idem decretum comitiale ad ſententiam concluſam, in conventu publicè legit, *Paurm. de jurisd. 2. c. 2.*) edere teneātur. Cauſam aliquam reddo, quòd civitates Imperiales ipſos Senatus principes & membra publicæ gubernationis ad comitia ablegent, quorum perſonæ principaliter & radicaliter fides innititur.

VI. Poſt propoſitionem Cæſaris, ordines ex communi buleuterio in tres claſſes ſecedunt, collegiatim ſeu curiatim ſententias dicturi, ut annotat ex Paurmeiſt. *Joh. Alth. c. 33. n. 55. Politica.* Olim Romanorum Comitia triplicia erant: curiata, centuriata & tributa, ita appellata à conlegiis in quæ populus locatus erat. In his jus ſuffragii habebant cives Romani, in collegiis hisce deſcripti, *Sigon. lib. 1. de jure civ. Roman. Nicol. Gruch. lib. 3. cap. 3. de Comit. Tacit. lib. 1. ann.* refert, quando comitia è campo ad patres translata ſint. Nam ad eam diem etſi potiſſima arbitrio Principis, quædam tamen ſtudiis tribuum fiebant. neque populus ademptum jus queſtus eſt, niſi inani rumore: & Senatus largitionibus ac precibus ſordidis exſolutus, libens tenuit, moderante Tiberio, ne plures quàm quatuor candidatos commendaret, ſine repulsâ & ambitu deſignandos. *Idem lib. 1. Annal.* de *Comitiis conſularibus* quæ primùm Tiberio principe ac deinceps fuêre, vix quidquam firmare audet. adeò diverſa non modò apud auctores, ſed in ipſius orationibus reperiuntur. Modò ſubtractis candidatorum nominibus, originem cujusque & vitam, & ſtipendia deſcripſit, ut qui forent intelligeretur. aliquando eâ quoque ſignificatione ſubtractâ, Candidatos hortatus, ne ambitu Comitia turbarent, ſuam ad id curam pollicitus eſt. Plerunque, eos tantùm apud ſe profeſſos disſeruit, quorum nomina conſulibus edidiſſet: poſſe & alios profiteri, ſi gratiæ aut meritis confiderent. Specioſa verba, re inania, aut ſubdola: quantoq; majore libertatis imagine tegebantur, tanto eruptura ad infenſius ſervitium. *Idem lib. 3. annal.* innuit, certamen Aſinio Gallo adverſus Cæſa-

rem exortum fuiſſe. Nam cenſuit in quinquennium *Magiſtratuum Comitia* habenda,&c. Haud dubium erat,eam ſententiam altiùs penetrare, & arcana Imperii tentari. *Comitia Prætorum* arbitrio Senatus haberi ſolita,quòd acriore ambitu exarſerant, Princeps compoſuit. *Tacit.lib.14.annal.* Galba quoque *Comitia Imperii* transegit; & cùm quartum Idus Januarias fœdum imbribus diem,tonitrua & fulgura & cœleſtes minæ turbaverant (obſervatum id antiquitus Comitiis dirimendis) non terruit Galbam. *Tac.1.hiſtor.* Vitellius *Comitia conſulum* cum candidatis civiliter celebrans,omnem infimæ plebis rumorem,in theatro ut ſpectator, in circo ut fautor affectavit. Quæ grata ſanè & popularia, ſi à virtutibus proficiſcerentur, memoriâ vitæ prioris, indecora & vilia accipiebantur. *Tacit.lib.2.hiſt.* Idem feſtinare comitia,quibus conſules in multos annos deſtinabat. *Tac.lib.3.ann.* Græcorum inſtituto hujusmodi comitia erant in ſingulis civitatibus majoribus, quæ αὐτονομία & præeminentiâ gaudebant Attica illuſtri laude omnia antecellebant quæ ἐκκλησίαι illis nominabantur, *Sigonius in lib.de Rep. Attica,& lib. de Rep. Laced.* qui antiquiora hæc diligentiſſimè excuſſit.

VII. Prima claſſis eſt Senatus Electorum, **der Churfürſten Raht**/ quæ conſtat ſex Imper. Electoribus, & rege Bohemiæ itidem Electore, qui paria vota disſidentia ſententiâ prolatâ conciliat. Ad rogationes in hoc collegio factas, à Moguntino ipſi Electores non reſpondent, ſed Conſiliarii vicariam operam præſtantes. Commiſſarii verò Electorum abſentium, dominorum ſuorum principalium locum & ſeſſionem non poſſunt nec poſcunt occupare,niſi ſint duorum infimorum electorum, nimirum à dextris,Palatini, & à ſiniſtris, Brandeburgenſis Commiſſarii, ex quibus unus, locum & ſeſſionem domini ſui repræſentans aut præferens,in conſeſſum admittitur. *Althuſ.d.c.num.57.*

VIII. Altera claſſis conſtituitur ex Imperii principibus, archiepiſcopis, magiſtris ordinis Teutonici, Abbatibus principali dignitate præfulgentibus, Prælatis & Comitibus Imperii, ſingulis immediatè Imperio ſubjectis. Vocant **den Fürſten Raht.** *Matth.Stephani lib.2.de jurisd.Imp.part.2.*

Principes in hoc Collegio ſententiam dicunt viritim. Prælati conjunctim duorum ſuffragiorum jus habent. Unum Prælati Suevici,alterum prælati Rhenani obtinent. Conſimiliter Comites & Barones Imperii, rogante cujusque ordinis Commiſſario, duo ſuffragia conſtituunt, & ad duas claſſes ſe componunt; In

unâ

unâ claſſe ſunt Comites Suevici, in alterâ Wetteravici, qui jure viciſſitudinis alternatis vicibus in Senatu Principum votare ſolent, *Gold. de Seniore lib. 1. cap. 31. num. 12.*

IX. Civitatum Imperialium legati quarum duo ordines ſunt. Primus nempe Rhenanarum civitatum Imperialium, alter Suevicarum, conficiunt Senatum Imp. civitatum **der Reichsſtätten Raht**/qui Senatus duo vota facit, quamvis in Collegio quælibet civitas jus ſententiæ dicendæ uſurpet. Civitatum illarum 64 in matriculam Imperii, anno 1521 relatæ ſunt, in quarum numero proxima nobis Wetzflaria eſt, licet nonnullæ aliæ civitates nobiles atque amplæ, quæ olim jus Imperialium obtinebant, ab iſto albo excluſæ ſint. *Sixtinus* in Orat. de vitâ & obitu D. Joh. Clotzii Cancellarii Haſſiaci. Excipiunt hîc quaſdam civitates, quæ Imp. & ſimul municipales ſunt, quæ neque ſuffragium neq; ſeſſionem in Imperii Comitiis habent, *Matth. Steph. d. l. c. 1. n. 59. & ſeqq.* Illæ autem ſunt, quæ reſpectu privilegiorum regalium, & meri Imperii obtenti ſuam immunitatem tuentur certâ tamen lege & conventione ſuperiorem agnoſcunt, *Mynſ. conſ. 13. num. 10. Gail. 2. obſ. 54. num. 10. obſ. 17. num. 7. 8.* Notandum, quòd in hoc Senatu Lubeca & Wormatia vices ſedendi & votandi alternis diebus varient, *Leheman. in Chron. Spir. lib. 7. c. 12. num. 7.* Quamvis prædictarum civitatum ſuffragia potiùs ad alterius Collegii ſententiam votum aggregent, quàm ſententiam propriam concipiant. Reſolutio autem Cæſarea ſententiæ majoris partis harum claſſium, non debet eſſe contraria, uti colligunt ex promulgatione comitiorum facta *à Carolo V. anno 1530.* §. **Demnach haben wir.** *anno 1531.* §. **Darnach ſetzen vnd ordnen wir.** *anno 1532.* §. **Ferner haben wir.** §. **Weiter nach dem wir.** *anno 1551.* §. **So haben wir vns.** *& ſeqq.* facta itidem à Divo Ferdinando, *anno 1559.* §. **Derwegen wir.** *&* §. **Dieweil aber daſſelbig.** Quod ſi contraria eſt, tunc nihil actum eſſe dicitur, neque decretum vel conſtitutio generalis Imperii fieri poteſt, *Paurm. lib. 2. c. 2. n. 30. de jurisd.*

X. Specialia Comitia à deputatis Ordinum expediuntur; & hîc Electorum deputati ſententiarum pluralitate ab aliis ſæpe vincuntur. Quâ de causâ factum, ut electores Jus ſententiæ, quod in ordinariis & ſolemnibus Comitiis habent, in iſtis conceſſibus & congreſſibus ſuis deputatis reſervarint. Ita innuit *Receſſ. Wormatienſ. de anno 1564, Francofurt. de anno 69, & de anno 71.* vel in certos deputatos omnium nomine delectos con-

ſenſerint, qui conſulta deliberataq; ad Ordines referant. Integrum verò Ordinibus ſit illa approbare, emendare, mutare.

XI. Prærogativæ ſeſſionum à variis variè allegatæ & disputatæ ſunt, ut ex *aurea Bulla tit.3.* liquet. Hodie in Senatu Imperii Electorali inter Archiprincipes Electores Treverenſem & Colonienſem Archiepiſcopos receptum eſt, ut in Imperii conventibus alternatione quadam amicè & pacificè utantur. *Nicolaus Mameranus in tract. de inveſtiturâ regalium Electoralis dignitatis. Goldaſtus* in den Politiſchen Reichshendeln/ *part.22.num.1. fol.930. & in Seniore lib.1.c.31.num.7. Freher. in comment. de Teſtament.tut.curaq; Elector.cap.12.num.16.* Archiepiſcopus Treverenſis tamen primum votum dat. Omnium verò Archiprincipum Eccleſiaſticorum dignitas ideò major & luculentior eſt, quia omnes Archicancellarii conjunctam habent Archiepiſcopalem dignitatem & Septemviralem, quæ etſi divelli queant à ſe invicem, *Heig.part.1.quaeſt.4.nu.54.* attamen conſilio majorum, per conjunctionem hanc majori contentionum occaſioni cauſa prærepta videtur, ne disjunctæ & diſtinctæ iſtæ poteſtates præcedentiæ causâ perpetuum altercationum atq; diſſiduorum fomitem propagare poſſent, *Kirchn.lib.4.c.5.num.36.* in libris de dignitate Cancellarii.

XII. Jus Seſſionis à Moguntino Electore proximum Abbates Fuldenſes prætenderunt, & omnes ex titulo pervetuſtæ conſuetudinis manum conſertum provocarunt. Hinc illud pueritiâ Henrici Imper. Quinti ſuſceptum in æde ſacrâ Goslarienſium cum Hildesheimenſi antiſtite certamen, *Lamb. Schaffnaburg. in hiſt. Germ. ſub anno 1063.* Eandem contentionis ſerram idem Abbas Weideradus cum Archiepiſcopo Ubiorum reciprocavit, cùm locum ſiniſtrę Imperatoris proximum occupare conaretur, *Crant. lib.6.rer.Saxon.c.46. Kirchn.lib.1.c.3.num.58.59. de officio Cancellarii.* Cauſam prærogativæ aſſertæ, Archicancellariatum Auguſtæ ſuſpicantur, qui nulli dignitati poſt Imperii Archicancellariatum, primas offerre voluit. Videatur *Aur. Bull.tit.25.§.* Vnd der Keiſerin. Sed olim quidem jus hoc ſellæ & ſeſſionis fuerit; ſuperiori ſeculo Abbates titulum ipſum dimiſiſſe videtur. Non enim in decretis Imperii ulla ejus rei fit mentio. In Comitiis Auguſt. de *ann.1559.* Wolfgangus primus eſt Abbas Fuldenſis, Romanæ Imperatricis Archicancellarius nominatus. In reliquis præcedentibus nominatim Abbates Fuldenſes tantùm dicuntur, Apte zu Fulda.

XIII. No-

XIII. Noricum conſeſſum, præſente Wenceslao Cæſare, rixis & funeſtis tumultibus complevit Kunradus Eichſtedenſis Epiſcopus, quòd adverſus Epiſcopum Vangionum disputaret, ſibi proximè ſedendi jus ab Archiepiſcopo ſuo Moguntino, cujus Cancellarius inſtituto veteri Bonifacii eſſet, ſine interjectu alterius, per vetera privilegia deberi, *Bruſch. in Monaſt.* Proximus locus antiſtiti Hersfeldenſi eſt ab Abbate Fuldenſi primate, morisq; olim fuit, ut conjunctis manibus uterque ſeſſum in conventu juxtà irent.

XIV. Quum etiam Carolo V. Imperante, Domus Auſtriaca quæſtionem præcedentiæ moviſſet Archiepiſcopo Salisburgenſi olim Juvaniæ dicto, ordinatum & concluſum fuit, ut in Senatu Imperii Principum, in ſedendo & votando inter ſeſe alternarent uſq; ad exactam cauſæ deciſionem, *Auctor* des auſʒführlichen Berichts/*cap. 7.* Archiducis tamen honori ſemper primæ partes remittuntur, qui loco Archiepiſcopi Magdeburgenſis Germaniæ etiam primatis, jus rogandi & proponendi in altero Collegio Comitiorum Imp. uſurpat. Epiſcopus quoq; Herbipolenſis primâ vice ante Epiſcopum Wormatienſem ſedere & votare dicitur in alternatione. Et inter Pomeraniæ ac Würtembergæ Duces, Marchionemq; Badenſem, quibus Inclytiſſimus Imp. Matthias nuper Ducem Meckelburgiæ addidit, ut eſt *in actis novitiorum Comitiorum Ratiſponenſium, fol. 40. & ſeqq.* in mutuitate præſidentiæ, Landgravius Haſſiæ jure antiquitatis ſemper in medio conſiſtit, nec unquam poſtremum locum occupat, *Mameramus in allegato tract. de inveſt. regal.* Quam verò exoptatum ſit hoc viciſſitudinis medium, concludit *Melch. Gold. in d. lib. 1. cap. 28.* In causâ contentioſæ prærogativæ & præcedentiæ, quæ tamen in terminis his non ſubſtitit. Illuſtriſſimorum Ducum Saxonię Vinarienſium & Altenburgenſium, patruelium, Illuſtriſſimus Princeps Vinarienſis Tritavi Friderici Placidi Electoris exemplum ſecutus tanquam ſenior Illuſtriſſimo Principi Altenburgenſi patrueli ſuo, medium concordię per alternativam viciſſitudinem obtulit.

XV. Tam ignarus nemo publicorum morum eſt, ut neſciat, quibus ſolennitatibus atque ceremoniis Imperii Archicancellariis ſigillum auguſtum in publicâ feſtivitate committatur. *Aur. Bull. tit. 25. §.* Und wann der ſegen geſprochen. Propterea verò antiquo ritu ad pectus uſque de collo ſuſpenſum ſigillum Imperiale ab Archicancellariis in publico conventu geſtatur, ut hac

illi ceremoniâ admoneantur, nihil eo ſignari, nihil confirmari debere, niſi, quod intimo cordis ſinu complexum, atque totius animi ſententiâ ratum & comprobatum habere, quodque nunquam refutatum, nunquam retractatum ullo modo velint, *Kirchn.lib.4.c.2.n.70.de dignit.Cancell.*

XVI. Conſtitutionem pacis publicæ, anno 1495. in urbe Vangionum ſancitam atque editam, Archiepiſcopus Moguntinus Bertholdus, & quidem ſolus ſignavit. Rationem conjiciunt. Quod, cùm obligatio illa quædam ſit, quâ omnes Electores ac Principes, Ordinesq; ſeſe Imperatoriæ Majeſtati, ad conſervationem antecedentis ordinationis, des Königlichen Landfridens/ & ad executionem contra violatores publicæ pacis devinxerunt, Moguntinus Princeps tanquam Elector & Archiepiſcopus, non ut Archicancellarius, nomine omnium ſtatuum, ejus rei obſignationem ſuſcepiſſe videatur. Sigillo enim proprio uſus eſt. Eandem cauſam ſubſignationis in ſequente decreto, von dem gemeinen Pfenning/ aſſerunt, cui idcircò tum Imperatoris, tum ejusdem Moguntini præſulis ſigillum appoſitum eſt, quod & Cæſareæ Majeſtatis, & omnium Electorum & Principum & Ordinum certam conventionem & obligationem de contributione, vulgò capitationem vocant, omnium Imperii civium contineat. Sed nec ibidem ut Archicancellarius, verùm ut Elector ac Princeps Imperii Archiepiſcopali ſigillo ſignavit, licet aliter ſentiat Paurm. *de jur.lib.2.cap.2.num 33.* Eidem decreto verò annexa eſt ſingularis obligatio Imperatoris quâ ſeſe ille obſtringit ad illam contributionem viciſſim poſt quadriennium remittendam, quæ ſolius Cæſaris ſigillo confirmata eſt, *Kirchn. lib.4.c.2. num.41. & ſeqq. de dign.Cancell.*

XVII. In abſolutis & communibus decretis ſignandis divertimodè res acta atque tractata fuit. Edicta, de blaſphemiâ coërcendâ, de vinis non corrumpendis, anno 1594. cum Reformatione interjectâ occulti judicii Weſtphalici lata, aliâ autoritate & ſigno quàm Imp. Majeſtatis non ſunt confirmata. At verò Regimenti (verbum eſt veteris Juriſprudentiæ conſultis obvium *l.unic. D. de offic. præf. prætor.*) Ordinatio anno 1500. ſancita, omnium ordinum ſigillis tributim vallata atq; munita eſt. Quod robur ſigillorum in Conſtitutione & Ordinatione Cameræ, anno 1507. Conſtantiæ factâ, quoque expreſſum eſt. Sola verò innovata Ordinatio Cameræ, & pacis publicæ repetita, & anno 1521. renovata Conſtitutio ſolius Imperatoris Caroli V. annulum oſtentat,

oſtentat, quandoquidem enixus conſenſus & firma obligatio jam ante inter Maximilianum anteceſſorem, & ſtatus inita fuerat. Quo ordine nunc ſigillorum appenſio fiat, docet *Paurm. lib. 2. c. 2. num. 33.* refert olim ſolum Imperatorem ſignaſſe (ſcilicet vel per Archicancellarium, vel Cancellarium Imperialem) poſtea cum Cæſare duos ex Electoribus, duos ex Principibus, unum ex abbatibus, & civitatibus civitatum loci in quo Comitia celebrata ſint.

XVIII. Quod decreta & Comitialia conventa quoque attinet, alia atq; alia ſubſcriptionum & recognitionum ratio aliis atque aliis temporibus obſervata eſſe colligitur. Multa enim leguntur, quæ ſubſcriptionibus ullis vacant. Cujus ratio eſſe poteſt, quòd latores illi pro conſuetudine morum & temporum non opus eſſe putarunt, ut iis quæ ſigilli ſui robore confirmaſſent, pondus ſubſcriptionis adjiceretur, rati, indignum eſſe fide priſca ſeculi ſui, ſuperfluâ comprobatione onerari.

In decreto Imperiali Auguſtæ anno 1559. & 1548. cum Imperatore ſolus Archicancellarius ſubſcripſit. In aliis, exempli causâ, Receſſu Imperiali Auguſtæ itidem, anno 1566. promulgato, Zaſius Vicecancellarius cum Cæſare & Archicancellario ſubſcripſit. In conventione Auguſtanâ, anno 1530. priori Imperatoris & Archicancellarii ſubſcriptioni acceſſit Alexandri Svveiſſii popularis mei, quem eximia fati clementia ipſi Imperatori gratioſiſſimum reddidit, ſubſcriptio. Quid verò rei fuerit, frequens hæc ſubſcriptio indicat, *Kirchn. cap. 4. num. 58. 59. d. lib. & alii.* Speciali nempe mandato Cæſaris recognitionem, collationem & reviſionem illos ſuſcepiſſe, quam factam ſuâ ſubſcriptione conteſtati ſint. Cur autem ipſis Receſſibus ſeu decretis inſeratur, ſeſſionem & ſubſcriptionem cujusque jure integro illibatoque, peractam eſſe, daß die bey jetzigem Reichstag gehaltene Seſſion/ wie auch deſſelben ſubſcription/ niemand an ſeinem hergebrachten gebrauch/ in einigem nit nachtheilig oder etwas præjudicirlich ſeyn ſolle. Ideò fit, quandoquidem de jure & prærogativâ ſeſſionum & ſubſcriptionum multi controvertunt. Quorum controverſiæ quî expediantur, lege *Receſſ. de anno 70. §. 165. 166. 167. 168. Denaiſ. in jure Camerali vocabulo Ordo.* At Seſſionum cauſas an ſolus Cæſar expediat, *Denaiſ. voc. Seſſio. & Gail. 1. obſ. 21. num. 21. & ſeqq.* cognoſce pleniùs. Verba illa, Geben in Unſer/ Kaiſer Matthiaſſen/ und des H. Reichsſtatt/ quæ Receſſus clauſulis apponuntur, notant, Imperatorem eſſe

O

dominium protectionis, adminiſtrationis. Imperium verò dominium proprietatis, quemadmodum vulgò & verè exponuntur. Vide *M. Anton. Peregrin. de jure fiſci. lib. 1. tit. 3. nu. 74. Covarr. pract. quaſt. cap. 4. num. 1. Molina. in conſil. Pariſienſ. tit. 1. gloſſ. 5. 6.* Conſimiliter de voce, Uns und dem heiligen Reich/ꝛc. dicendum & judicandum eſt.

De titulis dignationum & officiorum, hîc commodum quæri video, quinam *Proceres* Imperii jus Cancellariorum habendorum obtineant? Rariores quidem in ſuperiorum ætatum annalibus, Principum Cancellarii occurrunt, cùm plerunque Secretariorum nomine & Notariorum inſignirentur, qui eorum à ſigillo & epiſtolis erant, *ut Kirchn. in lib. de Cancell. dign.* pluribus ediſſeruit. Quod quidem etiamnum animadvertere eſt, apud pleroſque *Comitum*, qui etſi cauſis judicandis rebusq; gerundis publicis Conſiliarios, Doctores & Magiſtros Juriſperitos adhibeant, Cancellario tamen nullo utuntur, ſed per Secretarium negotia expediunt. Quod perſpicuum eſt ex ſubſcriptionibus decretorum Imperialium, in quibus longa Cancellariorum centuria legenda, quos inter vix ſeptem Comitum notantur. Primum etenim Cancellarium *Comitis Fürſtenbergii* invenio in illis appellatum inter nomina Decreti Norici, quod anno 1542. promulgatum, D. Matthiam Raſthium, qui eodem titulo in ſubſcriptione ſubſequente Wormatienſi, anno 1545 repetitus eſt. Ibidem legendus *Martini Comitis OEtingenſis* Cancellarius, D. Sebaſtianus Viſcher, qui in Receſſu, ut vulgò loquuntur, Auguſtano, ſeſe eodem nomine indicavit. Et *eorundem Comitum* Cancellarius nominatus in Ratisbonenſi conventu Wilhelmus Hammonius, & Jacobus Heiner, & ante illos in Auguſtanâ annotatione Johan. Meiſer. Prætereà *Naſſovicum Sarbrugenſem Cancellarium* reperies Matthæum Hirsbachium in Ratisbonenſi congregatione. Et in eâdem Ratisbonenſi anno 1594. *omnium Comitum Mansfeldenſium* extat Cancellarius Chriſtophorus Faber. extat *eorundem* Wolfgangus Schroter in Auguſtanâ congregatione anno 1582. Nec verò præter *Gleichenſem* Laurentium Norimbergum, & Hieronymum de Pflaumern/ *Karuli Comitis de Hohenzollern,* Cancellarium, notantur eo nomine ſe adſignaſſe. Leges alios Syndici titulo; alios verò Secretarios inſcriptos, *Kirchn. in lib. de Cancell.* Præterea verò & *Murbacenſis Abbatis,* qui infra Eccleſiam regalem, & exemtam Herolfi cathedram ſuam locatam habet, Cancellarius in Catalogo

Comi-

Comitiali ſeſe indicavit, uti videre in Decreti Auguſtani 48. & Ratisb. 94. conventus indice. Quin & *Præpoſitorum, tum Elbangenſis, tum Echtersgadenſis* Cancellarii nominatim ibidem expreſſi. *Imperiales* certè *civitates Cancellarii nomen non uſurpant.* Nec aliter in Comitiali conſignatione quemquam aſſcriptum cum Kirchn. *d. l.* reperio, præter Martinum von Ingenheim/qui in Treverenſis & Colonienſis ſubſcriptione anno 1512, *Metenſis civitatis* nomine legitur Cancellarius. Sed forte idem apud Epiſcopum Metenſem id munus obivit. Reperitur quidem etiam *Colonienſis civitatis Cancellarius*, in Auguſtanâ Synodo anno 1548, Georgius von Halten D. ſed ille ad Syndici nomen ſubſequente conventu ſeſe recepiſſe videtur, anno 51. Neque *Argentinenſis Reip.* Cancellarium in publico ullo Receſſu invenio, tametſi, qui Epiſcopi Cancellarius fuit, Chriſtophorus Welſinger, ſeſe ad ejus differentiam videatur principalem Cancellarium Argentinenſem aliquoties Receſſ. anno 57. 166. 159. nominaſſe. Sed jam finio, & aulæo complicato, receptui cano, Lector. Potuiſſem quidem ex minutiſſimis granis, quod in ſapientum ſingulis verbis fieri oportere ajunt, uberrimas arbores producere; ſed manum mentemq; abſtinui. Rivulis, quos in ſingularum rerum tractationibus obvios habui, ſecundùm Plauti in Rud. conſilium, ad maris & Oceani profundum inveſtigandum Comitibus uſus ſum; & hypotheſin ut in ſcholis & non nemo alius, loquuntur, ſingularum rerum ad theſin, generalemque locum revocavi, & methodicâ ſerie adgeſſi. Ἐῤῥίφθω κύβος. Jacta eſto alea. Plura in aliis toto horreo brevi admetiar; ſi maligni livoris dentem Saturnium primotini fructus & ingenii libamenta effugiant. At tu ſalve tibi, aliis, atq; etiam nobis,

——— Procul atra recedat
Invidia, atq; aliò liventia lumina flectat.

Nam illa, aut calumnia, ſi accedat: quid tuti hîc eſt? nec Pallas ægide ſuâ me tegat,

Ut ſub eâ tutâ me ſtatione clepam.

Gratias tibi Domine JESU.

Quâ piâ Scaligeri patris coronide Notas obſigno.

Digitized by Google

Digitized by Google

ΣΥΝΤΑΓΜΑΤΙΟΝ

De

METHODO JURIS CAMERALIS:

Commentationibus Epiſodii loco deſtinatum.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE ORIGINE JURIS CAMERALIS

DISSERTATIUNCULA.

Turpe eſt, reſpondit Quintus Mucius, patricio & nobili & cauſas oranti, jus in quo verſatur ignorare. Certè turpe Germano, & Juriſconſulto, & cauſas profitenti, Germaniſſimi Juris originem inſuper habere. Ad mare viam ſibi qui quærit, amnem Comitem habere oportet. Ita heìc qui *Summi Juris* præcepta, ſancita, perveſtigare vult, ortum natalesq́; ejus cognoſcere avebit. Recognoſcet enim quàm utile, ſalutare ſit, iſtud jus ſanctum, inviolatum & ab omni injuriâ tutum cuſtodiri. Sanctum, inviolatum, inquam; quod ita me Salus amet, ad ſalutem repertum generis humani. O potens & felix Germania! ô vera juſtitiæ & litterarum patrona, alumna! Macte tuo merito te eſſe jubemus: Oraculum legum, & artium præſidium. Gaudemus tuâ, ſeculi causâ. Tuâ cui ea virtus obtigit; ſeculi cui hoc exemplum. Tu ſuperiorum ætatum vota, tu ſtudia rependis. Cùm infeſta paci, quieti, tempora uberrimè ſuccreviſſent, cædes, ignem, ferrum omnes circumferrent, promtâ manu ad arma, ad offenſiones decurrerent, longam pacem & otium ſpernerent, (quia ingrata genti quies, & faciliùs inter ancipitia clareſcebant;) cùm federa, pactiones in publicam perniciem ſtruerent, mutuas artasq́; inimi-

Digitized by Google

citias alerent, diſſenſiones foverent, in vitam, in ſalutem, incolumitatem potiſſimorum conjurarent; cùm coitiones crebreſcerent, offenſę gliſcerent; omnia preſſa, mare & portus clauſi, ædificia dominos, homines atque ipſa jumenta opus ſuſpirarent. Leges, conſulta, ſcita, nomina tantùm eſſent, nullâ auctoritate, nullâ gratiâ pollerent; Vis major regnum teneret, pretium non pacatis artibus eſſet, neglectus publici apud multos invaluiſſet, humanitas, facilitas, concordia, conſenſio, in exilium actæ eſſent: Hæc ſcilicet tempora cum percrebuiſſent, calamitatem, hanc iniquitatem, ſuſpiriis, veris gemitibus boni proſequebantur, ipſe Germaniæ patriæ Genius, potens & perpetua TUTELA ægriùs ferebat; Proceres Imperii conſilia capiebant, malo medicinam ſatagebant, ſuffragia in unum conferebant, & ſalutare rei gerendæ dirigendæque Numen poſcebant. Atque ecce beneficum & ſalutare Numen. AUSTRIACA familia, domus ad faſtigium ſummum genita, certa pacis ſigna, velut è pharo lumen extulit; Maximilianus I. glorioſiſſimæ memorię Princeps tranquillitatem procuravit, pacem Germaniæ cultæ reſtituit. Ut enim formoſa corpora etiam in morbo veſtigia decoris ſui retinent: Sic illa priſtini ſplendoris. Reſtituit? Imò inter hæc tanta & talia malo fato collapſa, jus ſancivit, ſubſidia paci contulit, leges integerrimus juris moderator rogavit, & turpem ævi labem abrogavit. Quem prodeuntem certatim velut facilitatis, concordiæ, conſenſionis prolem aſpexerunt; & hujus rei ſummam detulerunt. Recepit, & cognovit vinculum non tenacius obſequii, ſtudii, amoris, familiaritatis, quàm ſi omnes conſtitutis certis niterentur, & æquo jure devincirentur. Devinxit, Juſtitiam quæ aliis etiam Tribunalibus ſacra cœperat, advocavit, perenne monumen-

numentum, inſigne & publicum Imperii prætorium ſummâ patrum conſenſione ſanxit, innocentiæ perfugium, ęquitatis ornamentum, & facilitatis ſeminarium. Abſque hoc enim Juſtitiæ præſidio pax inter omnes proſcriptionis pœnâ firmata, tuta & integra non conſtitiſſet. [*Vide* des Cammergerichts Ordnung zu Wormbs/ *anno 1495. in princ. Conſtit. Auguſtæ erectam, anno 1566.* verbis, Nach dem der gemeine Frid im Reich Teutſcher Nation / in Religion vnd Prophanſachen/ ohne beſtendiges gleichmeſſiges Recht / nicht zu erhalten/ꝛc.] ô inclytum ſeculum! ô ſummam teſtatamque felicitatem! Fas fuit partâ in Romano orbe tranquillitate, & ſedatis Reipublicæ Romanæ motibus, perpetim dicere;

Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,
Jam nova progenies cœlo demittitur alto.

Aſtræa redit, inculpata virgo, perpetua Imperii fama. Hac ſubductâ aut ſubtractâ olim fiebat, quod Eques Romanus Alb. Tibullus lib. 1. eleg. 3. profatur:

Nunc Jove ſub domino cædes & vulnera ſemper.

Sed juſtitiâ abundè reſtitutâ, ſtirpe ſeditionum reciſâ, omniq; causâ, quæ tenaci

———*animabat fomite flammam*

conſopitâ, obvia ſecuritas eſt

———*& amico gratia vultu*

procedit, in adſpectum, amplexum ruit, & legum heic etiam publico fixarum beneficio advivet, quas rectè & laudabiliter Noſter decrevit. Inter magna enim ſidera Juſtitia velut Sol eſt: qui niſi Imperiorum omne corpus illuceat, tenebræ in iis, tempeſtas, nimbi. Inter eadem bonæ honeſtæq; leges, velut Luna ſunt, quæ decorè magno Imperiorum orbi lucet, & propriè regnum poſtulat in regno. Sol ille aureus

——— *Aurora polo cùm dimovet umbram*

exſurgit, jacentia aut arentia excitat, feſſa aut mortua fovet, læta, vegeta lætiùs provocat, & putâ purâ luce omnia illuſtrat. Sol ipſe cùm deficit, & velut deliquium Solis eſt, tenebris involuta, tabe aut labe confecta, languida & defecta omnia vides. Cùm exſurgit, antelucanum & matutinum à luminis ſui auſpice, & roſeâ, ut ſic dicam matre, minuta ſidera capiunt, terra, mare expectant, benignam beneficamque matrem habent; Cùm recedit, & lumina occulit, ſidera nativum ſplendorem tegunt, terra, mare parentem indulgentiſſimam queruntur, & ſuſpirium hîc multis. Alterum lumen Leges, Juſtitiæ ſuboles, ſunt; & origo illis palàm ab ejus cultu. Lunam Imperiorum indigeto. Ubi Sol ille floret & viget; hæc pariter. Ubi areſcit & languet: etiam iſta. Vicarias, mutuas operas conferunt. Quin ubi nulla legum ratio aut reſpectus; exiguum in Imperio juſtitiæ germen, & à malâ terrâ velut oppreſſum. Leges illam adſtruunt, percolunt; Ab illis obſequium, cultus. *Homine nullum animal eſt majori arte tractandum; & excellentibus ingeniis citiùs defuerit ars, quâ civem, quàm quâ hoſtem ſuperent.* [*Senec. de Clement. 1. Liv. lib. 2.*] Itaq; meritò ſacrum Legum numen ſubvenit, manum dat, dat velut præſidium. Civitates, oppida, municipia continent. Principes flectit, & ad normam inflectit. Et illos Legibus placet ſubjici, etſi quorundam ſenſu, *Principi eas nemo ſcripſit.* [*Plin. Panegy.*] Ad privatos ſi abeam, eos leges regunt, dirigunt, & officii, ſtudii ſollertius admonent, ad honeſta illis præeunt, ad ſalutaria viam compendio ſternunt. Mores probos & veteres commendant, pietatem, rectam de Magiſtratu ſenſum, rectum in Magiſtratum cultum adſerunt; in concives æquitatem, in exteros benivolentiam & æqualitatem probant.

probant. Eos è fano exigunt qui leges ediſcere quàm ſervare, virtutis præcepta tenere quàm ſequi malunt, & in curiâ diſerti, in vitâ improbi ſunt. Si penitus enim rem inſpicimus, leges priùs meruimus, quàm fecimus. Quare ſumma felicitas eſſe non poteſt, jura, leges tantùm intelligere, cùm olim fuerit non habere. Et doctiſſimi idemq; antiquiſſimi viri beatiſſimum ſeculum non illud judicant, quo leges erant optimæ: ſed quo nullæ; ſive illud cùm Poëtis aureum, ſive cum eorum interprete Platone, imperatorium voces. Qui divinus vir, neque Athenienſium, neque Lacedæmoniorum, neque Cretenſium, neque ſuæ deniq; Reipublicæ palmam tribuit: verùm illi potius, in qua ſine jure æquitas, ſine lege erant boni mores. Sed cùm idea Reipublicæ Platonicæ noſtri ævi moribus non congruat, fructum nobis leges noſtræ, divina ſcita & jura uberrimum ferunt conferuntque. Religionem pacatam, ſecuram, conciliant, controvertentium lites proſcribunt; funeſtas controverſias abdicant, & conſcientiæ adſenſum liberum, absque dignitatis, prærogativæ, honoris, bonorum jacturâ & imminutione faciunt: injurias, traductiones, infames diffamationes & longam malorum catenam intercîdunt; cujusque partam paratamq; poſſeſſionem tuentur, contra vim feſtucariam vindicias rogant, ad ordinem judicii litigia remittunt, ſpolia diſtrictè damnant; & non ferro, non expilationibus locum faciunt; innocentię quæ nullo prætextu, nullo obtentu crebriùs premitur, maturiùs ſuccurrunt; modum corruptelæ in Republicâ poſcunt, modum argento, ſupellectili, familiæ poſtulant, adverſum luxum, qui immenſum prorumpit ad cuncta quîs pecunia prodigitur, disſerunt. in alia ſumptuum graviora, multa dicunt, villarum infinita ſpatia, familiarum nu-

merum & nationes; argenti & auri pondus, æris tabularumq; miracula; promiſcuas viris & fœminis veſtes, atq; illa fœminarum propria, quîs lapidum cauſa pecuniæ ad externas aut hoſtiles gentes transferuntur, priſcum ad morem recîdunt; decernunt, ne vaſa auro ſolida miniſtrandis cibis fiant, ne veſtis ſerica viros fœdet. Et, quod caput eſt, jus civium ſine adfectu tractant, ſine ſordibus dispertiuntur; ad Tribunalia, publica conſilia, curiarumque prætoria præſtantiſſimos prudentiæ promovent, admovent. Talem optimarum LEGUM, ſanctionum, fructum & uſum Maximilianus Principum glorioſiſſimus, cùm viveret, adſpexit: idq; LEGIBUS, ſanctionibus, ſempiterni ſtudii monumentis, conteſtatum fecit. LEGES tulit, ſcripſit, & in æternitatis album rettulit, ad omnem memoriam, ætatem inſcripſit. Fora, Tribunalia, Areopagum, in quibus LEGES diſſeruntur, patrocinia cauſarum exercentur, jus & injuria totius orbis terræ discernitur, addidit, & publicis perennibusq; *Germaniæ* uſibus conſecravit. Optimè meminerat, Kunradum IV. Suevum Imp. qui Lothario Cæſari Legum ſoſpitatori, anno 1138. ſucceſſit, Cæſareæ aulæ Conſiſtorium Rotwilæ anno 1146. fundaſſe. Itaque Francofurti ad Mœnum, jam tunc non lemuribus infeſtum, ſed onerariis lembis onuſtum, lætum, inclutâ Imperii urbe, anno Dominico CIↃ CCCC XCV. ultimo Octobris die, feſto atque annalibus perpetuis maximè concelebrando, auguſtiſſimus Romanorum Rex, Princeps optumus maxumus, juſtitiæ ſedem, officinam, ſacrarium, Tribunal clariſſimum ampliſſimumq; Imperii, ſanxit inſtituit. [*Andr. Gail. 11. lib. de P. P. c. 1. num. 28.*] Tribunal, quod veterum conſeſſus, Senatum, centumviratum, veterum Panegyrin, Areopagum, Synedrium integerrimâ

rimâ fide provocat. Areopagum tanquam alteram anchoram in Republ. Athenienſium omnium prædicatione clariſſimâ, *populari* adhæreſcere *concioni* Solo voluit, ut omnes Reipublicæ partes quaſi ex altâ quadam ſpeculâ intueretur. [*Sigon. de Rep. Athenienſ. lib. 2. cap. 5.*] Tribunal Imperii Princeps maxumus in Imperio ſanxit, ut, velut Gemini cùm apparuêre, tranquillitatem nautis nunciant, ita hæc juris & juſtitiæ diatriba, pacatiſſimas artes animosque conjunctiſſimos proderet, & pro publico bono quaſſatam Reipublicæ navim ad littus dirigeret. [Imp. Karul. V. ipſe auditorium hoc juſtitiæ dicit, das oberſte vnd letzte Gericht im Reich. *Vide Ordin. anno 1548. & 1555.* Leguntur in mandato Imperiali ſine clauſulâ decreto Spiræ 3. Septemb. anno 1586. contra civitatem Imperii hæc verba, die höchſte des Reichs vnd der ſtatt N. Juſtitia vmb hülff/ꝛc.] Quod nautas quíve ad clavum ſuccedunt, facere videmus, illud Noſter eximiè fecit. Illi ventorum injuriis multum diuq; jactati, navim conquaſſatam reficiunt, ſciſſa vela reſarciunt, ſentinam exhauriunt, fractum clavum remosq; inſtaurant, malum inciſum reparant. Noſter publicam, ut ſic dicam, navim recollegit, & ſublatâ velut è portu lampade, de juſtitiæ Solis unici fulgore & quaſi repercuſſu lumen, ignem, accendit. Acta res communi deliberatione, acta communi calculo & ſuffragio, in Comitiis, in conſeſſu procerum diſſertata, diſputata. Clariſſimam Principis vocem audire videor; Agite patres patriæ, labantis Reipublicæ fulcra & columina, in medium conſulamus, neceſſitati ſplendidiſſimi auguſtiſſimiq; Imperii promto animo ſubveniamus. Communes operas, viaticum, & ſtudia conferamus. Sub noſtris umbraculis, arbor cultiſſima, rami fertiliſſimi, ſurculi optatiſſimi ſuccreſcant, & lætiùs ad-

Digitized by Google

oleſcant. Ad portum, ad portum Reipublicæ ſpem flectamus. Disſidia, litigia componamus, ne litium multitudo in ipsâ herbâ creſcat, & legibus non fundata civitas deſiderium ſui relinquat. Videor optimam procerum vocem audire. Manum, ſuffragium, maxume Princeps judicio tuo damus, in iſtâ enixiſſimâ ſententiâ omnes conquieſcimus, pro publico conſulimus, &

Mens deſideriis icta fidelibus

rem iſtam actam, confectamque geſtit. Conferemus ſymbolum, conſilii copiam faciemus, & bono publico adlaborabimus, ut vetus Germanico fortiſſimo & nobiliſſimo populo ſplendor ac majeſtas iterum conciliari & reſtitui poſſit. Sic tanti operis negotium abundè ſucceſſit; tanti operis conatus; cui omnes veteres illæ ſtatuæ & pyramides, omnia antiqua Pompeji & Titi theatra, omnia ſpectacula & vetera Periclis propylea, longiſſimo intervallo cedere coguntur. [*Plin. lib. 36. cap. 16.*] *Juſtitiæ* ſtatuam erexit Germania, illi leges & jura inſcripſit; illi nomina ſubſcripſit. Germania hoc monumentum exegit

—— ———— ære perennius
Regaliq́; ſitu pyramidum altius.
Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Poſſit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries & fuga temporum.

Germania hujus negotii bono auguſtiſſima Comitia anno CIↃ CCCC XCV. Wormatiæ urbe Vangionum, transegit, celebravit; ſanctiones poſuit, Conſtitutiones expoſuit, & certiùs ſæpiùs auctas, innovatas prodidit, repetivit. Conſtitutiones ad incrementum emolumentumq; Sanctæ & Togatæ Reipublicæ proditas & repertas; quæ tegulæ & tabulæ noſtræ ſunt, federa & fundamenta civitatis ſunt, & partes *univerſi* arctè cuſtodiunt:

ſtodiunt: decorè & adfabrè compoſitæ. Quid pacis publicæ Conſtitutionem, quid ellogia ejus dicam? Sancitum & planiſſimè conſtitutum, [*Receſſ.1495.1548.iij.*] ut nemo alteri ullâ ex causâ ſullóve prætextu, bellum denunciet, inferat, prædámve agat, aut captivum abducat, obſideátve, aut in eum conſpiret, fœdúsve illicitum pangat; ſtatutum ut omnes rebus ſuis quietè fruantur, nec contra hanc pacem inita pacta & obligationes qualescunque recipiantur aut ſuſtineantur. Ipſis quinimò Cæſareis privilegiis, immunitatibus, conſuetudinibus, fœderibus, vinculis, quà huic legi adverſantur, derogatum fuit. Sacratiſſimus Cæſar, Illuſtres Imperii Ordines, fide & jurejurando quo S. Imperio aſtrictè tenentur, caverunt, adverſus hanc pacem nihil in perniciem mutuam ſe machinaturos, nec aliis ſtudium in eâ re ſuum commodaturos, opes & ſpes Reipublicæ adſerturos. Ipſæ ſanctiones civium fidem implorant; Pacis publicę conſervationi ſtudent, remedia produnt, malo in publicam perniciem erupturo conſulunt, vi majori obnituntur, circulorum præſidium, Ordinum auxilium pollicentur, ſubſidiorum expediendorum rationem ineunt, & validiſſimè, promtiſſimè Imperii ſalutem, fortunasque tuentur. [*adi perſcripta mihi ad §. 149. ſuprà.*] Quisque de patriâ bene merendi, de ſociis, de amicis ſtudium profitetur. Nemo opem, nemo conſilium detrectat, rei laboranti, ipſi neceſſitati omnia omnes erogant, impendunt; Pacifragos, ipſos pacirupas perſequuntur, & velut ad ſocialem flammam adcurrunt; unius calamitatem omnium internecionem putant; pœnas poſcunt, & à capite tot capita repoſcunt. Eſt enim non ſcripta, ſed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus: verùm ex naturâ ipſâ arripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non do-

Digitized by Google

cti,ſed facti;non inſtituti,ſed imbuti ſumus:ut ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, in tela, aut latronum aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis. [*Cicero,ſuada noſtra pro Milone.*] Jam quibus præconiis pacem religionis ſancitam & obfirmatam dicam? Multis modis jactatæ atq; etiamnum periclitanti ob disſenſum de religione Reipublicæ Germanicæ quieti conſtituendæ; mutuæq; Magiſtratuum & ſubditorum fiduciæ conciliandæ; averruncandisq; malis & calamitatibus publicis, hoc velut auctario & conſectario patriæ pax ſancita atque munita eſt; [*Receß.anno 1555. Denaiſ.rubr.216. Gail.1.obſ.2. Sleid. lib.ult.comment. Thuan. in dedic. epiſt. & l.28.pag.590.591.*] ne quis Status Confeſſionis Auguſtanæ in Imperio vi vel armis ob eam profeſſionem invadatur, detrimentóve adficiatur, vel à religione, fide, cærimoniis, ritibusq; in Eccleſiam introductis, porróve introducendis in propriis ditionibus dejiciatur: neu mandatis aliísve modis concutiatur, néve deſpectui habeatur; Sed & Religio prædicta, ejusque exercitium liberum & res atque jura omnia intacta relinquantur. Optima hæc conſcientiarum tranquillitas, optima ratio, optimus profectus! Diffidentia & diſcidium in Imperio tollitur, ſalus patriæ expeditur, Religionis disſidia ſopiuntur. Qui fructus cùm adeò luculentus ſit, adeò optatus; ecce pax hæc Cæſaris Ordinumq; religioſâ adfirmatione vallata munitaq; eſt, ſtabili omnium concordiâ ſanctè pieq; ſervanda; ſarta, inquam, tectaq; & inviolata ab omnibus tenenda: ecce pax hæc in omnes caſus, fœdus purum, perpetuum, æternumq; cluit; Ecce ſuperioris temporis legibus, conſtitutionibusque huic paci nihil ullâ in parte detrahitur; nec deinceps ulla contra eum derogatio declaratióve admittitur.

Nemo

Digitized by Google

Nemo quicquam clàm palámve contra hanc pacem rogabit; hanc Ordines, hanc Auguſtus ope ſuâ protegunt. Innocuis, eſt Cæſaris conſcientia, eſt Ordinum favor, & in publico. Eorum auctoritate, eorum conſenſu ita Principes coaluerunt. Creſcat, adoleſcat hæc benivolentia, ſecura hæc conſcientiarum tranquillitas, fortuna. Abeant, abeant, malarum artium, malarum litium arbitri, qui dicere atque profiteri non erubuerunt, ſanctionem hanc pacis Religioſæ, à tempore Tridentini Concilii, quoad Auguſtanæ Confeſſionis profeſſionem, planè intercidiſſe, planè exſpiraſſe, ita ut jurisdictio ſacra non amplius ſuspenſa ſit, aut ſtatus iſtius Confeſſionis publicâ & communi tranquillitate amplius adgaudeant. Ferdinandus ſapientiſſimus Princeps, cùm didiciſſet, cætera legibus humanis ſubjici, religionem ſolam nec cogi nec imperari poſſe, poſtquam felicibus auſpiciis Imperium inivit, firmiſſimo adſenſu & ſolemni decreto pacem Religionis ſanxit, quam repetitis vicibus ſemper confirmavit. Vidit ſic omnia in tuto collocari poſſe. Vidit hoc Henricus IV. Francor. & Navarr. Rex, qui edicta paci Religionis adfinia, condidit, confirmavit, profeſſos Religionem, bonis ac laribus, nec non famæ & honoribus reſtituit, bellum internecinum toties infauſtis Galliç auſpiciis ſusceptum, abolevit. Vidit hoc immortalitate digniſſimus, magnus heros, Stephanus rex Poloniç, vidit, curavit, & anno CIↃ D. LXXIII. edictum de pace Religionis ſervandâ, ad valvas, ad fores regni inſcripſit, adſcripſit, nolle ſe conſcientiis dominari; Deum ſiquidem ſolum ſibi hæc tria reſervaſſe, *creare aliquid ex nihilo, præſcire futura, & dominari conſcientiis.* O Stephanum regem magnum! ſed & pium Principem. Tam claris certiſque verbis pietatem expreſſit; & à paucis verbis ad primam

P

Digitized by Google

lineam eum ducimus. Tu verò Germania noſtra [*Marq. Freherus JCtus, olim conſ. Elector. Palatinus.*]

——— *multis heu colluctata procellis*
In tutum emerge, & ſponde oſtia ſacra quietis.
Anchora fixa ratem fundet & flamina ponant.
Tempora tunc hominum genus aurea transiget, & pax
Perpetuis totum reget optima legibus orbem.

Ad alias verò ſanctiones & publica conſulta, ſi abeam, Conſtitutionem [*Ordin. p. 2. tit. 21. in princ. §. 1.* Wo auch zwiſchen. *§. 2.* Ob auch in. *Receß. anno 1521. anno 1548. anno 1555.* Confer *Receß anno 1552.* Joh. Gœddæum *cap. 2. num. 50. de ſequeſtr.* Gail. *1. obſ. 5. & 6.*] poſſeſſionis litigioſæ video, quâ de poſſeſſione controversâ litigantes immediatè Imperio ſubditi, ob factionem tumultuumque metum, Cameræ Tribunal judicem habent. Sin mediati non ſolùm de poſſeſſione, ſed & ſuperioritate & Magiſtratu loci, ubi res vel jura ſita fuerint, ambigant, idem obtinet. Quod ſi inter immediatos non ſolum poſſeſſio dubia, ſed & armorum metus, procinctus, ſit: Camera vel implorata, vel ex officio poſſeſſionem ſequeſtrat, aut à quaſi poſſeſſione utrumq; abſtinere jubet: dehinc ſummariè & ſine formâ judicii, uter, intereà dum poſſeſſorii petitoriíve cauſa plenè definiatur, poſſidere debeat, interdicit. O lecta & ſelecta Conſtitutionis capita, quæ pacem regiam publicamq; uberrimè firmant! Hiſpanorum INTERIM, Gallorum RECREDENTIA, Belgarum PROVISIONALE REMEDIUM, aut FIDUCIARIA POSSESSIO, aliorum PROCESSUS INFORMATIVUS, aliorum VINDICIARUM LIS, hujus legis Germanæ ſanctioni, cedant herbam, cedant palmam. Ad Conſtitutionem *l. diffamari* ſi accedam, video pacis publicæ ſubſidia, video pacis conſervandæ rationem unicam, certiſſi-

certiſſimam. Atroces injurias & ad offenſionem recidentes lex publica, lex Imperii vindicat, judicat: Cameræ Tribunal in cauſis, quibus diffamatio dolo malo, inve necem alienam interveniſſe dicitur, pronunciat, modò diffamatus Imperio vel immediatè ſubſit, vel lege publicâ, jurisdictioni ejus proximè ſubjiciatur, certiùs cognoſcit. Quid expeditiſſimam *Mandatorum* materiem nunc commemorem, nunc explicem? Illa etiam ſine *clauſulâ juſtificatoriâ*, hoc eſt, non reſervatâ reo contradicendi facultate, expediuntur, ſi quid jure conſuetudinéve prohibitum ſit, ut citra cauſæ cognitionem pœnam mereatur, decernuntur; ſi damnum irreparabile immineat, permittuntur; ſi factum contra Rempublicam aſſeratur, conceduntur; ſi moram ferre nequeat, confeſtim accurantur; ſuper operis novi nunciatione *inhibitoria pœnalia*, poſt ſpretam denunciationem è veſtigio promuntur; demolitoria annuũtur. Potiſſimùm ſi evidens, & in oculos quaſi incurrens æmulatio ſit, & continuę offenſionis perpetuum metum inſignem foveat. Subditis etiam innocuis, preſſis, nimiumq; adgravatis, contra Principes, contra dominos iniquos, juris hæc ſubſidia manum, auxilium porrigunt, ſufficiunt. Illos innuò, qui rectorem & cives non cogitant, qui indulgentiâ fortunæ, & pravis magiſtris, diſcunt audentq;, & quorum initia magiſtratuum ferè meliora ſunt, ſed finis inclinat. Subditi etiam, quoniam plerunq; innocentes, ob cauſas etiam civiles, carceribus iniquè mancipantur, nec aliter ſolvuntur aut relaxantur, niſi ſub obligatione juratâ & ellogio aut cautione non ulciſcendi carceris, rectè conſtitutum & proviſum eſt, ut à tali juramento relaxatio ad effectum agendi absque judicii figurâ peti, nec jurisjurandi obſervatio obligare poſſit. Rectè & illud receptum &

Digitized by Google

communi ſuffragio deciſum, ut ſi quis adverſus pacem publicam, Conſtitutionesq; Imperii jurare adactus ſit; eo caſu jus & ordinatio locum habeat. Quæ ſingula pacis publicæ procurandæ, confirmandæ & ſolemniter recipiendę causâ, ſtatuta, & in commune prompta fuerunt. Et ad eundem finem, ad eandem metam, egregio bono, *cauſæ fiſcales*, ad ſanctioris Conſilii hujus Tribunal rectâ ſpectant. Ad ſalutem Imperii, ad incolumitatem Ordinum, ad conſervationem fortunarum omnium, hæ cauſæ, hæ quæſtiones expediuntur, curatiùs tractantur. Jura (1) exemtionum illæ certiùs tuentur, album Imperii illæ fideliùs cuſtodiunt. (2) Si quid adverſus Bullam auream, pacem publicam, Mandata Cæſarea, factum fuerit; pecuniâ vel capite fiſcus anquirit. (3) Si quis infeſtatis per vagos milites opem non tulerit imploratus: ab eo pœnam 40 marcarum auri Fiſcalis exigit. (4) In executionem pacis publicæ impenſos ſumptus ſi quis pro ratâ parte non præſtet, immorigerum Fiſcalis in Camerâ convenit. [*Ordin. p.2. tit.20. Receſſ. anno 1555. §.83.* Dieweil nun. *Denaiſ. rubr.143.*] (5) Contra eos qui contributionibus Imperii inferendis moram faciunt, ibidem procedit. (6) Qui cum Turcis vel aliis Chriſtianorum aut Imperii hoſtibus conſilia nefanda miſcent; eorum ab Imperio exulum omnia bona fiſco adplicantur. (7) Qui alienos ſubditos ob Anabaptiſmum extorres, contra Imperii decreta receptat, nec protinùs Conſtitutiones in eos exercet ſciens, ejus proſcriptionem maturat. (8) Alios ad judices exteros trahentes, Fiſcalis ad pœnam depoſcit. [*Receſſ. anno 1512. j. §. 58.* Wo aber hiewider. *Receſſ. 1500. iij. cap. 57. Receſſ. 48. iiij. cap. 1.*] (9) Pœnas in ſanctiones Imperii politicas perpetratorum exigit. (10) Vini infectores Fiſcalis, Magiſtratu eorum fruſtrà priùs officii admonito,

nito, ad pœnam lege dictam depoſcit. (11) Si Magiſtratus blasphemias vel negligant, vel ipſi committant; eos Fiſcalis in jure perſequitur. (12) Quibus ad blasphemos coërcendos deſunt vires; hi eos ſub pœnâ decem marcarum auri ad fiſcalem deferunt: is dicam ipſis impingit. (13) Si quis eos miniſterio, commercio, patrocinio ſuo à pœnâ tutatur, ſciens, in eum quisquis erit, Fiſcalis in Camerâ actionem movet. [*Receſſ. anno 1512. j.* §. Deßgleichen wiewol. *Receſſ. 48. iiij. cap. 17. & c. 14. c. 15.*] (14) Si Magiſtratus compotatores & helluones non punit, ſed connivet; delinquentes Fiſcalis in Camerâ pœnæ nomine convenit. (15) Uſurarios ſi Magiſtratus negligentes, non multant pœnâ, fiſcalis eos ad pœnam duarum, vel trium vel quattuor marcarum auri convenit. (16) Leges veſtiarias ſi à Fiſcali moniti Magiſtratus negligant, ipſos Fiſcalis ſimul cum delinquentibus eorum ſubditis ad pœnam convenit. (17) Eadem in legibus ſumptuariis luxumque refrænantibus, tum condendis tum exequendis Magiſtratuum ſollicitudo, ſub pœna II. marcarum auri fiſco inferendarum adhibetur. [*Receſſ. d. c. 34.*] (18) Libelli famoſi in Imperio diſtrictè prohibentur; & Magiſtratus venditores, eósve penes quos reperiuntur, de auctoribus quæſtione etiam tormentisque, ſi ſit opus, adhibitis interrogat; in eosque pro rei merito, animadvertit. (19) Magiſtratus in eo negligentes, ſimulq; auctorem, librarium, venditorem Fiſcalis ad Cameram defert, arbitraturam pœnam crimini convenientem. [*Receſſ. 1559. ij.* §. *30.* Hierauff ſetzen. §. *76.* Würden aber. §. *175.* Wir ordnen.] (20) Extrà ſolidos, pfenningos & helleros, parvæ ſummæ nomina, ſi alii conflentur, vel ſolutionis vice fungantur, pœna L. auri marcarum partim fiſco, partim circulo infertur. (21) In moneta-

Digitized by Google

rios, qui nummos radunt, tingunt, conflant, corrumpunt, ſin ultionem omnes neglexerint, & indicium ad Fiſcum delatum fuerit: tum is contra delinquentes, delictorumque vindictam negligentes ſimul procedit, & multam cum indice eâdem proportione partitur. (22) Magiſtratus monetariarum fraudum vel parum acres ultores, vel participes, circuli ad Fiſcalem deferunt: is pœnam decem marcarum auri exigit. [*Receß. 48.iiij.§. 4.* Es ſol auch. § *7* Zu dem ſol. *cap.18.*] (23) Legem de monopoliis, Magiſtratus ni ſub amiſſione bonorum, rigidè exerceant, & fiſcalis negligentes officii admoneat, iiq; intra menſem non pareant, eos qui deliquerint ipſe jure judicioq; perſequitur. (24) Ipſi etiam Magiſtratus inſtante in Camerâ Fiſcali, centum marcis auri multantur. (25) Leges de opificibus latas, Magiſtratus ſub pœnâ decem marcarum auri fiſco inferendarum, exſequuntur. Et in ſingulis iſtis cognoſcendis, expediundis, facilitas agendi, ſumma æquitas, expeditiſſimus judicii ordo luculenter adparent. Nam quo tandem modo, aut quibus ergo verbis, ſanctionis & conſtitutionis pignorationis, vim & promtum ſtudium deſcribam? Quomodo tam frequentem & inſignem in Tribunali uſum? Quonam modo tantæ facilitatis & æquabilitatis copiam? Tam egregium commodum, quod ad pacis publicæ conſervationem, incolumitatem vergit? Non enim hæc conſtitutio, velut & reliquæ, inter quaslibet perſonas locum ſortitur; ſed tantùm inter Principes, Ordines, Nobiles immediatè & principaliùs ſubjectos, qui ob hujusmodi pignorationem offenſi, pacem publicam armatâ manu, collectis hominibus, turbare atq; violare poſſunt, non ſine maximo innocentium ſubditorum & vicinorum malo atq; diſpendio, peſſimoq; exemplo. [*Gail. lib. de pignor. cap.1.*

cap.1.Ordin.p.2.tit.22. Denaiſ.rubr.183.] Clarè autem teſtatoque adfirmat, immediatum ejúsve ſubditos, ſi immediatus ullâ ex causâ, extra maleficium pignoraverit, ceperítve: in Cameræ Tribunali mandata pœnalia ſine clauſulâ, de faciendâ incontinenti reſtitutione vel relaxatione, ſub ſolitâ cautione non ulciſcendi, rurſumque ſui, ſi ſic judicatum fuerit, ſiſtendi, promptiſſimè impetrari; & dehinc tum pignorationis capturæve cauſas, tum pœnæ commiſſæ queſtionem quàm celerrimè decîdi. Pignorationes repetitas mutuas, liquidò incîdit, aliasque arteis, queîs paritio protrahitur, aut differtur, diligentiùs notat, discernit. Id unicè agit curatque, ne exquiſita, & pro re ardua mandata fruſtrà habeantur, obſequium per leges debitum exuatur, & licentiâ omnes nitantur. Unicè etiam illud agit curatq; placitum ſancitumq; de arreſtis; quod velut laciniam tranquillitatis, velut mantiſſam publicæ ſecuritatis adſpicio. Quaſi è ſpeculâ res quietas, res pacatas curat. [*Receſſ. anno 1570.§.85.* Wann auch die arreſta.] Expreſsâ lege cavet, ut, ſi quis immediatus alterius immediati res ſubditósve, eorúmve bona arreſto detinuerit, nec arreſtum oblatâ idoneâ cautione judicio ſiſti, & judicatum ſolvi, relaxaverit; arreſtatus in ſummo Tribunali *mandatum ſine clauſulâ, cum adnexâ citatione ad docendum vel videndum*, &c. obtinere atque rogare poſſit; ne res aliâs ad arma, ad funeſtam contentionem, & publicum infortunium recidat. Ardua enim illa Conſtitutio, pacis publicæ exquiſitum præſidium, ſocietatis humanæ promtum paratumq; vinculum, & Romani orbis intemerata teſſera eſt. Nolo ſecundâ oratione diutiùs hæc attollere: & fateor oneri me non ſubſiſtere. Cæteras leges, cæteras ſanctiones & conſtitutiones quas primarium juris & juſtitiæ Tribunal, tanquam cynoſu-

Digitized by Google

ram, tanquam exactiſſimam normam ſequitur & adſequitur, ſi dicam, *Jus commune* dixero, cujus præſcriptum & diſpoſitionem extra quàm ſi quid mutatum abrogatumq; ſit, omnimodò ſervat & obſervat. Ipſam Cameræ ordinationem, proceſſus luculentiſſimi vernaculum negotium, dicam, quam S. incluta Cæſarea Majeſtas, Ordines ſacroſancti Imperii Romani adprobarunt, receperunt, quæq; bono uſuiq; publico, è veterum Cameræ ſanctionum & conſtitutionum repertis, in publicis Imperii Comitiis Auguſtæ transactis, anno CIↃ IↃ XXXXVIII. Integerrimè congeſta reſtituta, adaucta, & in ſolemni procerum panegyri, anno CIↃ IↃ LV. Auguſtæ concelebratâ, Cæſareæ, Regiæ, Majeſtatis, Ordinum beneficio, alterâ vice recognita, recenſita & pluribus in locis correcta, emaculata eſt. Hæc manus, hæc inſtrumentum, hæc unica directio eſt, quâ tot egregiæ regiæq; leges, tot uberrimæ, tot ſaluberrimæ Conſtitutiones felicem finem adſequuntur. Statera & æquiſſima libella eſt, quâ unicuique *Jus, æquum, bonum*, diſcernitur, & diſtribuitur. Eos qui egregium judicandi, pronunciandi, munus explebunt, incorruptiſſimâ fide, promptiſſimâ peritiâ & dexteritate advocat, admovet. Judicem qui Senatores auctoritate dirigat, ipſius conſeſſus arbiter ſit, Germanum è familiâ ſtirpe, dignitate inluſtri adlegit. Semitam ponit, muneris rationem promit, extra quam non abibit. A lumine iſto totius Tribunalis ſplendorem accendit, & in quasvis Germaniæ partes diffundit. Ille enim

Hîc conſulta patrum, leges, hîc juraq; tractat.

ſed cum fide & religione, quam magnæ parenti patriæ, ſummo Principi, Ordinibus, debet. Adſeſſores, magnos Imperii Senatores, Togatos citra gratiam aut prenſationem, Ordinatio muneri judicandi, decernendi

nendi admovet. Juriſconſultos, Nobiles eâdem legum peritiâ præminentes, Germanicarum conſuetudinum & referendarum cauſarum gnaros, quique vel jura ex publicâ cathedrâ perdocuerint, vel poſt legitimum ſtudiorum curriculum, in praxi probè probeque verſati ſint. Egregios nempe viros, peritos, induſtrios, & prima, ut verè dicam, virorum. Ampliſſimi hujus conſeſſus ſtudia & munera eadem Ordinatio egregiè præſcribit, & ad amuſſim depoſcit. Magnam cauſarum multitudinem, difficultatem gnaviter ut omnes expediant flagitat. Fiſci procurator, vir bonus, doctus, JCtus, Fiſcalium rerum peritus è Cæſare cooptatur; cui Advocatus eruditus, induſtrius, Deputati Adſeſſores adjunguntur. Advocati, Procuratores, Doctura vel Licentiæ titulo inſignes, incorruptâ facundiâ promti, cauſis tractandis, orandisque in hoc ſummi Principis & Ordinum Conſiſtorio adſumuntur. [*Gail. 1.obſ.43.num.7.*] Ad Cancellariæ (quam indigetant) officia, homines idonei, præfectus Tabulario & cæteri promoventur, qui rectè ſuo munere defungantur. Proceſſus decreti per Nuncios, publicos & adprobatos Notarios curantur. Jurisjurandi religione omnes devinciuntur. Ad cauſas ipſas hîc maturandas, decidendáſve ſi digrediar, Illuſtres plerunque & ab illuſtribus ſubmiſſas eas invenio; ſi ad proceſſum, facilem eum, arduum & ſolemnem conjicio. Tam in extraordinariis cauſis, quàm ordinariis proponendis æqualitas, & temporis ordo ſervatur. In extraordinariis & ſummatim cognoſcendis, ex ſingularum naturâ, uſuq; & ſtilo judicii, brevitatis cura præcipua habetur. Certis terminis cauſæ concluduntnr. Habent fata, habent fines ſuos in primâ inſtantiâ cauſæ. Appellationum cauſæ cancellis & limitibus certis concluduntur. Nemo ter-

minos iſtos evagabitur, nemo egredietur; ad hos omnes provocant, omnes momenta dirigunt, promovent. Jus Civile communius copiam facit reo convento ſuas exceptiones articulatim quocunque tempore ante publicationem teſtium, edendi; [*l. præſcript. l. ſi quidem. C. de except.*] Placuit tamen Imperii Ordinibus, non ſine boni & æqui ratione, ut rectè ediſſerit *Joachimus Mynſinger JCtus,* [*5. obſ. 89. 90.*] ut in uno termino omnes ſimul & conjunctim proponantur, vel ſaltem priusquam prima dilatio detur actori ad probandum; nec poſteà audiendus aut admittendus ſit reus, niſi jurejurando adfirmare atq; adſtruere poſſit, ad notitiam jamprimùm exceptionem, quàm poſtea objicere contendit, perveniſſe. Placuit Inclytiſſimis Imperii Ordinibus, ut hic Canon, hoc æquilibrium in omnibus cauſis ſimplicis querelæ, Appellationis, & Mandatorum ſine clauſulâ, protractæ vel denegatæ juſtitiæ locum depoſcat. Optima ſanè hæc æquitatis, hæc juſtitiæ ratio. Aliâs enim priusquam judex interloquatur ſuper ſeparatis ſejunctisque dilatoriis, & ad litis conteſtationem abeatur, ſæpiùs longiſſimi temporis intervallum objicitur. Appellationis fatalia, intervalla quid dicam? Exactiùs illa ſervantur, tempus præcisè urgetur, nec reſtitutionem quis facilè impetrare habet. Farraginem articulorum additionalium, è quorum tricis & labyrinthis peritiſſimus ſæpè vix ſe extricare vel evolvere valet, Tribunal procul habet. Advocatis, Procuratoribus, juris ſcientiam profeſſis, honoraria, pretia, conſtituit, ultra quæ nihil amplius exigere licet, adeò ut pauperibus operas contra quemlibet, etiam ipſos Principes, gratis & absque periculo communicare teneantur. Nolo exempla longiùs accerſere, neque ad cothurnos ire. Equidem Tribunalis Ampliſſimi laudes tot & tantæ ſunt, ut

Digitized by Google

ut numerandis iis nominandisq; imparem ſe diſertiſſimus profiteatur; neque enim ſi quis omnes terræ plagas luſtraverit,

à Gadibus uſque
Auroram & Gangem,

honorificentiorem conſeſſum inveniet, aut qui majori cum gloriâ, innumeris fidei documentis dignitatem tueatur: ita ut non immeritò totius orbis ocellus, juſtitiæ & æquitatis lucem ſemper adſpiciens, Germaniæ quaſi oraculum quoddam & delubrum dici poſſit, cujus decreta, ſancita, æternitati conſecranda ſint. De hujus ſummi Tribunalis amplitudine, integritate, incorruptâ & caſtâ fide, multa honeſtiſſimè & præclariſſimè dixit Andreas Gail JCtus, [*in epiſt. dedicatoriâ obſervat. pract.*] religioſeq; adfirmavit, illud unicum Cæſareæ Majeſtatis, & totius Germanici Imperii juſtitiæ ornamentum eſſe, quo veluti Sole è medio ſublato, omnia tenebricoſa & ruinoſa futura, Statumque Imperii in tranquillo & pacato vix eſſe poſſe. At florente hoc ſummo judicio, malos & refractarios metu pœnarum, & Conſtitutionum Imperii in officio, & debitâ per fidem obedientiâ retineri: bonos verò, rebus ſuis pacificè, atque ſuaviter uti, pacem ubique florere, ſubditos locupletiores reddi, & ſenes in otia tuta recedere. Ad hanc igitur, inquit, pulcherrimam juſtitiæ officinam, integrè ſervandam, Principes Imperii, omnium maximè animum intendere debent, ad quorum officium, egregiumq; munus propriè pertineat, adminiſtrare judicium & juſtitiam: Quos in Republicâ eſſe oporteat, quod oculus in corpore, quod in animâ ratio. Et *Plutarchus præclarè ſcribat, juſtitiam eſſe finem legis. Legem autem, officium Principis: at Principem imaginem eſſe Dei, omnia rectè conſtituentis & diſponentis.* At-

tendit ad hoc juſtitiæ ſacrarium, ad hanc inoffenſæ æquitatis officinam, animum Maximilianus, quem diximus, Primus, perpetuo ſolemniq; decreto attenderunt animum Imperii Ordines. En fructum, qui exuberavit, en finem hujus negotii! Cameræ Tribunali anno CIↃ CCCC XCV. ſancito, continuò III. Novembris ejusdem anni Francofurti ad Mœnum, prima publica audientia, ſive judicium aut Conſiſtorium publicum convenit. Prætereà XXVI. Februarii, anno proximùm inſequente CIↃ CCCC XCVI. omnium prima ſententia banni Imperialis pronunciata fuit, [*Gail.2.de P.P.cap.1.num.28.29.*] eâ formâ & ſtilo, quem deinde inveterata conſuetudo recepit, & in pronunciando, & denunciando Cameræ judicium ſequitur. [*Gail.dict.l. cap.6.*] Spiram Cameræ Tribunal Karulus V. Magnus, Eslingâ, anno CIↃ IↃ XXVII. transtulit. Et VII. Januar. ibidem prima audientia cœpit. Ecce, non arma, non gladii, non ſecures, ſed leges, ſed egregia ſancita, quîs omnes devinciuntur, pacatã, tranquillamq; Rempublicam compoſuerunt. In jura, in bonas artes, contumaces, bonis, honoribus, perpetuis dignitatibus exuerunt. Hanc ipſam pronunciandi, decernendi rationem arduam, cottidiè adhuc Spiræ inclytâ Imperii urbe, & ſummo perpetuoq; Tribunali Nobili, quod felix fauſtumq; ſit, obſervamus, atque veneramur. Ut Sol non alius eſt inopi, alius locupleti, ſed omnibus æquus & communis: ita Ampliſſimus hic Imperii conſeſſus, juſtitiam & benivolentiam omnibus ex æquo communicat; ne ſuperiorum, ne potentium pollentiumque conatus Rempublicam peſſum dent. Faxit Deus immortalis, Politiarum auctor, fons inculpatæ juſtitiæ, ipſa κσιώδης juſtitia; Faxit maximi Cæſaris benivolentia; faxit ſummorum Imperii Ordinum gratia

& ſtu-

& ſtudium; ſaxit fides, quæ juſtitiæ, ut ſic dicam, παρήλιος eſt, ut perpetuus & inoffenſus hic Juris, Æqui, Boni, tenor, Rempublicam, Imperium Germanicum, omnes, cumulatiſſimè ſoſpitet; Faxit, ut primarium Tribunal, admirandum omnibus populis, gentibus, juris & æquitatis verticem, ſuaviſſimo pacis & concordiæ oſculo devincti proceres, felix perpetuumq́; intueantur. Sole enim hoc ablato, incerta omnia erunt, [*Cicero pro A. Cæcina*] nihil erit, quare exploratum cuiquam poſſit eſſe, quid ſuum, aut quid alienum ſit; nihil erit, quod æquabile inter omneis, atque unum omnibus eſſe poſſit. Vincula revellentur non modò judiciorum, ſed etiam utilitatis, vitæq́; communis. Tu verò pulcherrima juſtitiæ officina, Germaniæ lux & pacis publicæ teſſera, Innocentiæ perfugium, quæ indisſolubili vinculo magno Cæſari, magnis Imperii Ordinibus teneris, vive, nomen, laudem, famamq́; propaga,

———— ab ortu
Solis ad Heſperium cubile.

vivant rerum publicarum rectiones, jus mosq́ue publicus.

Sed ad *Methodum* quam indigetavi, me recipio.

Digitized by Google

butis, judex ut ſuo quisque loco manè tempori adſit, operam navabit: in auditorio communi ociosè priùs congregari non adnuet, *ibid.* §. *11.* Und ſo ſolche.

V. Ordinem in referendis cauſis dicendisq; ſententiis ſervabit: eximere ſe nitentes ipſe Præſésve cauſam rogabunt: ſæpiùs & ſine causâ factitantes, Conſtitutionem de Adſeſſoribus indignis luent. *Ibid.* §. *15.* Item/es ſol.

Ipſe

VI. Relationes ſententiarumque dictiones non interpellabit, neu id fieri à quopiam, feret: nemini interim adſurgendi, parerga tractandi facultatem aut copiam donabit. *Ibid.* §. *15.* Item/es ſol.

VII. Iteratò ſententias tum demum perrogabit, cùm cauſa æquior id conſuadebit. *Ibid.* §. *22.* Es ſol auch.

VIII. In ſecundâ vel tertiâ rogatione, priora multo cum verborum ambitu repeti prohibebit. *Ibid.* §. *23.* In ſolcher.

Judex

IX. In audientiis ut dictata curatiùs excipi poſſint, ſilentium & attentionem procurabit: delinquentium nulli impunitas, immunitas erit. *Ordin. part. 1. tit. 11.* §. *3.* In offentlichen.

X. Audiendis cauſis tum antiquis tum novis, Ordinem cum Adſeſſoribus ſanciet. *Ibid. in princ.*

XI. Longiores ſpretosq; Receſſus interpellabit, atque in ſcriptis agere jubebit. *Ibid.* §. *4.* Als man auch.

XII. Procuratorum nimia verba, celeremque ſermonem inhibebit. *Ibid.* §. *ult.*

Digitized by Google

Præſides

1. Illis munere pro publico fungentibus, idem honos qui judici debetur. *Jud. & Adſeſſ. Memor. anno 1600.* §. Vber welches alles. Adſeſſores cæteriq; Camerales in obeundo munere parebunt. *Memor. anno 1571.* §. *6.* Vnd dieweil die.

2. Illi in cauſas ſubmiſſionesque inquirent. Ordinis inverſi fortè, cauſas expoſcent. *Mem.* §. *11.* Vor anfang.

3. Pœnas Adſeſſorum exigent, & earum planiſſimam habebunt rationem. *Memor.* §. *5.* Es wird auch.

4. Supplicationum distributioni intererunt. *Jud. & Adſeſſ. Mem. 1573.* §. *1.* Ferners weil.

5. Relationibus adſiſtent. *Jud. & Adſeſſ. Mem. 1574.* §. Die Herren Presidenten.

6. Supplicationum expeditioni & æqualitati ſtudebunt. *Jud. & Adſeſſ. Mem. 1575.* §. Die Presidenten II.

7. Cum judice in emendationem corruptelarum incumbent. *Jud. & Adſeſ. Mem. 1577.* §. *9.* Darumb auch die.

8. Quî commeatum Cameralibus & poteſtatem abeundi faciant. *adi Denaiſ. rubr. 75. num. 10. 14.* De ipſorum commeatu adi *Deput. anno 1557.* § *30* Nach dem ſich nun.

Adſeſſores, de quibus adhibe notata ad § 20. lit. A. ſuprà.

Eorũ ſpectatur

Nominatio, de quâ ſatisfacient. *Ordin. part. 1. tit. 1* § 2. Nemlich wollen. *eadem p. 1. t. 4.* § 2. Wo auch alſo. *Receſſ. anno 1566.* § 79. So ſetzen/ordnen. *& ſeq.* *Receſſ. anno 1570.* § 50. Dieweil dann von wegen. *& ſeq.* *Deput. anno 1557.* § 20. Deßgleichen ſollen. *Deput. anno 1600.* § 23. Damit aber auch. *Receſſ. 1500. j cap. 4. in fin. cum ſeq.* *Receſſ. anno 1507. j. cap. 19. in fin. & ſeq.*

Electio. Sufficient hîc *Ordin. part. 1. tit. 4.* § 3. Auß denſelben. § 4. Vnd wañ ber. § 5. Vnd ob ſichs. *eadem part. 1. t. 3.* § 2. Deßgleichen ſollen. *in fin* *Receſſ. anno 1555.* § 107. Als vnder andren. *Deput. 1557.* § 35. Weiter bey den. § 37. Ferners ſo ſollen. *Receſſ. anno 1570.* § 55. Vnd ob wol in. *Receſſ. anno 1576.* § 60 Derhalben ſtatuiren. § 63 Darumb ſich.

Qualitas. adi *Ordin. p. 1 t. 3.* § 1. Deßgleichen ſollen. § 2. Vnd inſonderheit.

Cultus. *Ordin. part. 1. tit. 8. in princ.*

Munus. *Ordin. part. 1. tit. 6. in princ.* § 1 Es ſol auch. *eadem part. 1. tit. 13. in pr.* § 1 Es ſollen auch. § 3. Die Beyſitzer ſollen. § 5 Es ſollen auch. § 7. Es ſollen auch.

§ 12.

§. 12. Item/ordnen wir. *eadem part.1.tit.22. §.ult. tit.13.* §.14. Es ſollen auch. §.15. Es ſollen. *Receſ. anno 1570.* §.60. Sintemal auch. *Deput. 1557.* §. 28. Wir ordnen vnd wollen.

Reſignatio. Ordin. part. 1. tit. 4. §. 1. Wo aber der. *Receſſ. anno 1566. §.83.* Dieweil auch hierbey. *Deputat. anno 1557. §.29.* Dieweil auch zu.

Remotio. Ordin. part. 1. tit. 5. in princ. §. 1. Demnach ſol. *eadem part. 1. tit. 13. §. 2.* So auch der.

Commeatus. Ordin. part. 1. tit. 7. in pr. §. 1 Vnd ſol ſolche. *§. 2.* Es ſol auch. *§. 4.* Vnd dieweil der. *Deputat. anno 1557. §. 30.* Nach dem ſich nun.

Excuſatio. Denaiſ. rub. 129. integerrimè.

Pœna. Ordin. part. 1. tit. 7. in princ. fin. Receſſ. anno 1576. §. 63. verſ. Da iemand. *Receſſ. anno 1566. §. 101.* Ferners ſetzen. *Memoriale, anno 1556. §. 2.* Als auch die. flagitat, ſeriùs in Senatum adventantium multam, bacium, vel bacio etiam majorem eſſe. Quod Magenhorſt *ſub tit. 13. p. 1.* non adverti aut attendi ſcribit.

Stipendium. Receſſ. anno 1570. §. 57. Derhalben ſetzen.

Jus commune. Ordin. part. 2. tit. 31. §. ult. part. 3. tit. 54. in princ. ead. p. 2. tit. 28. §. 1. Und dieweil. *part. 3. tit. 16. §. 5.* Was aber die. *Receſ. anno 1594. §. 84.* Dann auch zum. *Receſſ. anno 1555. §. 96.* Doch ſol hiemit. *Receſſ. anno 1570. §. 101.* Nach dem auch.

Ordinationem ſanctionemq; Cameræ. Ordinat. proœm. §. Setzen/ordnen. *eadem part. 2. tit. 30. §. ult.*

Judicant autem ſecundùm

Leges Imperii, ut ſunt Conſtitutiones de P.P. ejusq; tuitione, P. Religionis, Re Monetariâ, functionibus fiſcalibus & muneribus publicis. Notariis. Succeſſionibus ab inteſtato, (*Receſſ. anno 1500. iij. c. 19. Receſſ. anno 1521. iij.* §. 19. Nach dem auch. Cujus tenor, ut non obſtante aliquâ conſuetudine loci, filii fratris prædefuncti, debeant admitti ad ſucceſſionem patrui cum defuncti fratribus. Eam tamen Conſtitutionem Elector & Duces Saxoniæ non receperunt, ſed contra eam proteſtati ſunt; ideoq; ſervatur diſpoſitio juris Saxonici, cùm ſit quaſi ſingulare privilegium iſtius provinciæ, quæ confirmata eſt *Conſtit. 18. part. 3. Weſenb. ad Schneidw. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. Ordine tertio ſuccedendi num. 14.* Ajunt tamen hanc Conſtitutionem à quibusdam aliis principibus, qui jure Saxon. utuntur, ut ab Archiepiſcopo Magd Cardinali Alberto fuiſſe receptam. *Schneidw ibid. Receſſ. anno 1529. §. 32.* Item / als bisher. Cujus lege, conſobrini, patrueles, amitini, nul-

ni, nullo exiſtente defuncto proximiore, ejus hereditatem partiuntur in capita, *Mynſ.3.obſ.94.* Et porrigitur hæc ſanctio etiam ad bona feudalia, *Zaſius in epit. feud.p.8.num.18.*) Sanctionum politicarum varia capita.

Decreta viſitatorum & Cameræ. Vide notata ad § 5.lit.b.ſuprà & lit.d.

Conſuetudines, ibidem lit. c. Receſſ. anno 1594. §. 97. Vnd demnach dem. *Ordin.part.2. tit.6.§.ult. Receſſ.anno 1559. ij. §.11.* Die jetzigen.

Stilum Cameræ. Receſſ. anno 1570. §. 77. Derhalben auß. *Vide §.20.lit.a.ſuprà.*

Cooptatio. De eruditione, vitâ, moribus, natalibus, tituloque Doctüræ conſtare debet. Vide *Deput.anno 1557. §.33.* Jedoch ſo ſollen. *Receſſ. anno 1570. §. 62.* Wie auch leichtſam.

Officium. Ordin. part.1. tit 23. in pr. §.1. Es ſol auch. *& ſeq. Denaiſ.rub.233.*

Cauſæ & patrocinia. Ordin. part. 1. tit. 19. §. 1. Nach dem ſich. *& ſeqq. Deput. anno 1557. §.51.* Vnd demnach an.

Antecedunt *Procuratores.* Eorum conſideratur

Cautiones. Ordin.part.1.tit.21.in pr. §.1. Weiter ſetzen. *Receſſ.anno 1566. §.93.* Als auch für kommt. *Deput.1600.§.73* Da ein Procurator. *§.71.* Wenigers nicht iſt. *§.72.* Wirdt aber einer.

Mandata.
Procuratoriorum mandatorum productio.
Procuratoria generalia.
Mandata ſpecifica.
Procuratorum ſubſtitutiones.
Procuratorum mutatio.
Exoneratio.
Reſignatio.
Remotio.
Honoraria.
Pœna { *Ordinaria.* / *Arbitraria.* }
Commeatus.
Excuſatio.
Patrocinium, quod pauperibus locant.
Receſſus.
Producta.
Etiam *Procuratores à Camera alieni*, honeſti tamen & idonei, præſtito calumniæ & malitiæ jurejurando, in Camerâ pro illuſtribus perſonis, nobilibusq́; & civitatibus litigantibus dicendi agendiq́; facultatem habent. *Ordin. part. 1, tit. 25. in princ.*

} De quibus ſparſim, & in adnotatis *ad §. 66. & ſeqq.* prolixiùs, uberiùs ago.

Ante-

- Ante-cedunt
  - Advocati: *quorum ſpectatur*
    - Cooptatio
    - Juramentũ
    - Munus
    - → Vide enodata *ad §.12.lit.A.*
  - Fiſci
    - Procurator.
    - Advocatus.
    - Deputati.
    - *Deput.57. §.58.* Nachdem dañ weiter.
    - → Lege ſcripta *ad §.18. lit. d. Receſſ. anno 1570.§.61.* Unſerm Keiſ.
  - Deputati
    - Poſt Audientias.
    - Cauſis extraordinariis.
    - Deputatus Nunciorum.
    - Deputati Neglectorum.
    - → Vide obſervata *ad §.27.lit.b. ad §. 127. lit.a. §.135. lit.d.*
  - Commiſſarii, audiendis, evocandis teſtibus: quorũ ſpectatur
    - Recuſatio.
    - Ordinatio.
    - Officium.
    - Salarium.
    - Adjuncti.
    - → adhibe notata *ad §. 127. lit. a. ad §.131. lit. a.*
  - Pedelli: Eorum conſideratur
    - Officium.
    - Salarium. *Receſ. anno 1570. §. 64.* Es ſol auch.
    - → adi *§.78. lit.c.*

- Antecedũt *Perſonæ* pertinentes ad
  - Cancellariam, *cujus ſpectantur*
    - Officia *Ordin.part.1.tit.26. Deput. anno 1557. §.39.* Vnd ſol die. *& ſeqq. Ordin.part.1.tit.44.*
    - Præfectus. *adi §.noſtrum 135. lit.d.*
    - Protonotarii. *Ordin.part.1.tit.28.*
    - Notarii. *Vide §.90.lit.a.n.8. §.130. lit.a.§.14 lit.a.*
    - Lectores. *§.6. lit. d. Receſſ. anno 1570.§ 63.*
    - Regiſtrator. *Denaiſ.rubr.266.*
    - Scribæ. *Ordin. part.1.tit.32.*
    - Nuncii. *§.90.lit.a.num.8.*
    - Eorum Magiſtri. *Ordin.part.1.tit.35.Denaiſ.204.*
    - Suſtentatio. *Ordin.part.1.tit.44.*
    - Taxatio. *Ord.part.1.t.33.§.6 lit.d.*
    - Debita. *Ord.part.1.tit.33. Deput. an.1557.§.45.* Gleicher geſtalt. *Adde pro inſigniori Cancellariæ notitiâ §.noſtrum 136. lit.c.in pr. Denaiſ.rubr.67.rub.107. Ordin. part.1.tit.30. §.ult. part.3. tit.12. Denaiſ.rubr.226.*
  - Ex perſonis etiam antecedere videntur
    - *Litigantes, Pauperes,* quîs manũ, Præſidium, Cameræ Tribunal dat, & Procuratores, Advocatos, ex officio deſtinat. *Vide §.7. §.9. 10. §.11.12. hic expoſitos.* Hinc illud ſolemne: actorem, reum, & judicem. Scilicet unà cum perſonis adminiculantibus & minus principalibus, conſtituere judicium. *cap.forus extr.de verb.ſign. l. inter 62.ff.de judiciis,&c.*

Defini-

Definitionem aut deſcriptionem veriùs, ipſius iſtius ſacri Judicii non poſui aut confeci, quòd ſummâ auctoritate & cauſarum amplitudine omnibus ejus dignitas in propatulo ſit, & de jurisdictione ejus arduè multi controvertant. Non enim noſtrum eſt, hujus rei in Notis indigetatam controverſiam componere. Liquebit tamen definitio ex his ipſis, & *Judicii* in genere accepti deſcriptione, quæ hæc eſt: Judicium eſt legitima & ſolemnis controverſæ rei inter litigantes apud judicem diſceptatio, tractatio & dijudicatio, ut publicâ auctoritate lites ſopiantur, *l. nulli 10. C. de judic.* Eſt enim munus publicum, *l ult. §.1.ff.de muner.* æquale, *c.in judiciis 12.de reg.in 6.* ſtricti juris, *Decius in l.jus noſtrum 7. num.11 ff.de reg.jur.* ideò conſtitutum, ne quisquam ſibi ipſi permittere valeat ultionem, *Specul.de offic.omn.jud. §.7.* ut oppreſſis liceat impetrare præſidium, *l.4. C. de his qui ad Eccleſ. confug.* finis controverſiis ſententiâ judicis imponatur, *l.1.ff.de re jud.* atque ita jus ſuum unicuique publicâ autoritate reddatur, *c.cùm æterni.de ſent. & re judic.in 6.* non injuria, *c.nonnulli 28.extr. de reſcript.* contra rationem, *l.meminerint 6. C. unde vi. l.nulla. ff. de legibus.*

Atque hæc ANTECEDENTIA ſint: II. *Media*, ipſi ἀκμὴ, ſunt cauſarum velitationes & diſceptationes:

Quæ vel putantur { Civiles, vel Fiſcales. }

Obtinent autem inter immediatè Imperio ſubjectos, in *primâ Inſtantiâ* (nomina hæc forenſia, *l.poſt 73. §.penult.ff.de re judic. & Dd.ad l.properandum 13. C. de jud.* nobis contulerunt) ſecluſis Auſtregis (an in iſtis privilegiatis Imperii inſtantiis, Wann/vermöge der Auſträ-

ge/geklagt wird/ reconventioni locus ſit, vide *Ordin. p. 2. tit. 4. Mind. lib. 3. de proc. c. 6. num. 12. in fin. Sichard. ad l. 14. C. de ſent. num. 9.*)

Conſtitutio
- Religionis, (auff dẽ Religionsfriden) ſi quis turbetur intuitu religionis in
  - Perſonâ, vel rebus, velut perceptione redituum
    - Et derogatum eſt
      - Quibuscunq; fori privilegiis, *Receſſ. an. 1555. §.* Wir befehlẽ. Nam Camera jus hîc dicit, idq́; in jurisjurãdi formâ nũcupatim exprimitur. *Ibid. §. 108.* Vnd dann dieweil. *§. 15.* Dieweil auch.
- Hîc ſufficit, in libello ſupplici exponere turbationem factam contra Conſtitutionem religionis. Eo enim ipſo cenſetur eſſe facta intuitu religionis, quando fit contra Conſtitutionis diſpoſitionem. Et ſi quidem illa qualitas poſteà in proceſſu cauſæ non probetur, citatio emiſſa caſſatur, & impetrans in expenſas condemnatur, quod ſæpiſſimè factum meminit *Gail. 1. obſ. 2. num. 6.*

Obtinet

Conſtitutio *litigioſæ poſſeſſionis*, quæ continet

Tres diverſos caſus, ſed maximè valet

Quādo inter Status aut Nobiles primarios Imperii, ob contentioſam & controverſam poſſeſſionem alicujus rei, aut jurisdictionis vel ſervitutis, periculum armorum vertitur. Tunc enim fit ſequeſtratio. Et fundatur hæc praxis Imperii in *l. æquiſſimum. ff. de uſufr. l. illicitas 6. §. ne potentiores. l. congruit 13. de off. præſ.*

Requiritur autem, **daß die Poſſeſſz aus redlicher anzeigung zweifelig ſey.** Nam ſi conſtet, unum poſſidere, illum judex mandatis pœnalibus, vel aliis modis tuebitur in poſſeſſione. Hinc tali caſu, cauſa principalis ad judicem ordinarium remittitur. Quid obtineat, quando vacantem poſſeſſionem uterq; armatâ manu apprehendere velit? vide *Gail. 1. obſ. 5. num. 8.*

Factâ verò inhibitione, vel ſequeſtratione poſſeſſionis, utriq; parti injungitur, ut per teſtes ſi poſſunt, vel alia adminicula jura ſua poſſeſſoria deducant. Alterutrâ parte in morâ exiſtente, interlocutione judicis contumaci injungitur, ut certo die jura ſua producat, unà cum nominibus teſtium. Exhibitis verò hinc inde articulis poſſeſſoriis (vide *Gail. 1. obſ. 103. num. 8.*) factâq; nominatione commiſſariorum & teſtium, quæ nominatio unà cum articulis exhibetur, nulla fit partibus actorum, hoc eſt, ſcripturarū & exhibitorum cōmunicatio, copiæ non decernuntur, reſponſiones ad articulos nō exiguntur, litem nullam conteſtantur, non juratur de calumniâ; nominati Commiſſarii deputantur, commiſſio in communi formâ decernitur, & certum tempus pro qualitate perſonarum & cauſæ pro omni dilatione aſſignatur. Atteſtationes utrinq; producuntur, harum nulla fit publicatio, ſed in cauſâ ſtatim concluditur, & ſuper momentaneo poſſeſſorio tantùm, in favorem melius probantis pronunciatur, ſalvo plenario, & petitorio coram judice competente inſtituendo. Ita viſum *in Ordin. Camer. anno 1548. Auguſtæ ſancitâ. tit. 21. §.* **Ob auch**. *part. 2.*

Obtinet cauſa *fracta pacis: Gail. in libris de P.P.* hîc ſelecta & ardua dixit, quorum analyſin olim hanc paravi; atq; nunc quædam impenſiùs addidi: Itaq;

P. P. aſſerunt
- Conſtitutiones auf den Landfriden
  - *Maximiliani I. anno 1495. Wormatiæ, anno 1500.*
  - *Karuli V. anno 1521. Wormatiæ, anno 1522. Norinbergæ, anno 1548. & 1551. Auguſtæ.*
  - *Ferdinandi, an. 1555. Auguſtæ. anno 1557. Ratiſponæ, & anno 1559. Auguſtæ.*
  - *Maximiliani II. anno 1566. Auguſtæ, anno 1570. Spiræ, anno 1576. Ratiſponæ.*
- Illæ etiam attingunt
  - *Eccleſiaſticos*, immediatè Imperio ſubjectos, qui privilegiis exuuntur; non tamen ſub dio, ſed in ipſo Conſiſtorio, judice ſedente pro Tribunali.
  - *Mulieres*, ſi per præfectos rem egerint, aut bannitum, tecto, domo, hoſpitio, menſâ receperint; quæ ſimilitudine quâdam Eccleſiaſticarum perſonarum, favoribus juris communis & municipalis privantur.
  - *Conſentientes*; & eos qui violatori pacis publicæ auxilium jure amicitiæ & familiaritatis (einen Geſellendienſt) præſtiterunt.

Man-

Mandata de non offendo ſub banni pœnâ decernũtur absque clauſula

Si minæ præceſſerint, quæ in P.P. violationem recidere poſſint. *Rec. anno 1594. §. 28. vſ.* Wir laſſen vns auch. 38. Zum andern. Executis illis

Citatio ſuper illo facto, cõtra offendentem ad videndum incidiſſe ſe in pœnas mandati de non offendendo priùs emanati decernitur; ſi qualitates fractæ pacis obtineant.

Avocatoria (gemeine abforderũg)

Cõtra duces belli illiciti & tumultuarios milites.

Aliâs ſuper iſtâ violentiâ, *Judex competens* adiri debet, & agi ad pœnas juris communis.

Mandata ſine clauſula

Unà cum citatione in cauſis fractæ pacis non decernuntur; quia jure connexitatis, quod principali non debet eſſe potentius, & acceſſoriè, veniunt. Poſtquam verò mandata cum clauſulâ heìc decreta, parti inſinuata, & in judicio reproducta ſunt, judexque in puncto mandati de innocentiâ captivi cognoverit, licitè arctiora mandata ſine clauſulâ conceduntur. *adde Denaiſ. rubr. 180. num. 4.* qui pro mandato cum clauſulâ obtento & reproducto, quandoq; mandatum ſine clauſulâ admittit. *Receſſ. 94. §. 74.* Ferner erzegen ſich.

Cum clauſula, de relaxandis captivis, amplius non turbando, & reſtituendo, &c. decernuntur. Interdum etiam absque citatione. quod *ex Conſtitutione Karuli V. tit.* Daß am Cammergericht nicht allein. *Ordin. tit. 9. §. 5. part. 2.* permittitur.

Actio ex Conſtitutione P. P. competit. ob

1. *Vim publicam majorem.*

2. *Armatam*, quæ fit coactis & coadunatis hominibus, ponderando verba Conſtitutionis, ibi; mit gewehrter hand. adde *Receſſ.94. §.75.* Alſo iſt auch. *& ſeq.*

3. *Dolum malum.* Hoc innuunt verba Conſtitutionis, ibi; fürſeßlich/geſehrlich/vnd freventlich. *Mynſ.3.obſ.98. Gail.1.obſ.3.*

Etiam *Eccleſiaſticis*, So ohn mittel dem H. Reich vnderworffen/vnd deſſelbigen Stånd ſeind. Ita decreti heic proceſſus, Epiſcopo Bambergenſi, & Herbipolenſi contra Marchionem Albertum anno 1553. Abbati in Elgingen/tanquam prælato, contra Memmingen/& Conſortes.

Qui ſi, contra pacem publicam, vi armatâ offendantur, dubium non eſt, quin *defenſione neceſſariâ cum moderamine inculpatæ tutelæ*, uti poſſint.

Differt à publico criminali judicio

1. Quòd non requiratur inſcriptio ad pœnã talionis, quæ tamen in criminalib⁹ hodie etiam in deſuetudinem venit & ab aulâ receſſit.

2. Heìc non à carcere, ſed à citatione judicium inchoatur.

3. In capitalibus accuſatori duæ, reo verò tres dilationes dantur, quod heìc non tenet; ſed ut in civilibus proceditur.

4. Examen teſtium alteri committi poteſt.

5. Tempora finiendę litis non pręfiguntur.

6. Accuſator citra abolitionem, ſalvo jure fiſci, deſiſtere poteſt.

7. Bannitus parte quandoq; invitâ, refuſis damnis & expenſis abſolutionem obtinere poteſt. Aliâs requiritur in capitalibus, ut obtineat ab ipſo Principe reſtitutionem (Lands huldigung.)

Procu-

Procurator. Abſolutio tamen à Banno per procuratorem poſtulari nequit;niſi bannitus valido impedimento,adversâ valetudine detineatur, de quo docere debet. Nam aliâs in publico Conſiſtorio Cameræ, ad genua ante pedes Judicis pro Tribunali devolutus & procubuus ipſe eam flagitat.

Exceptio peremptoria, Transactionis, ad impediendum litis ingreſſum; ſi liqueat. Si ante cœptam accuſationem transactum ſit,fiſcus nihilominus ex officio procedere poteſt. Si poſteà,neceſſe eſt,ut pars cum fiſco transigat,quò pereat inſtãtia.

Exceptio litis pendentiæ. Exceptio tamen declinatoria fori non obtinet hîc.Vide curatiùs explicata ad §.20. ſuprà.

In iſtâ actione admittitur

Neque *Reconventio*; ſed ſuper alio delicto nova requiritur citatio, aut ſi actor prior reum provocavit, inſeri hoc debet reſponſioni ad libellum,vel fieri per articulos defenſionales. Si tamen contra Reconventionis libellum nihil opponatur,erit admittendus.

Maximè non admittitur, ſi quis criminaliter heic conventus,convenientem civiliter reconvenire vellet.

Probatio facti cum ſuis qualitatibus requiritur. Nam aliâs rei ab actione intentatâ abſolvuntur. Et cauſæ ſpolii,vel turbatæ poſſeſſionis, ad alium judicem dirigendæ ſunt, *Mynſ.2 obſ.27 1 obſ.40. Receſſ.94. § 77.* Dieweil dann ferner.

Conatus pro effectu habetur. *Conſt. ſub tit. 4. in princ.* oder zu handlen vnderſtehen würden. Quo caſu judex pœnam banni in pecuniariam convertere poteſt.

Articuli actoris in contumaciam rei non reſpondentis, pro confeſſis non acceptantur, ſed ad probandum admittuntur. Neque litteræ diſſidatoriæ, Abſagbrieff. *Vide præſcriptiones notarum noſtrarum.* Fortè tamen aliter dicendum, ſi quis omnino civiliter ad pœnas juris communis, & ad reſtitutionem ablatorũ, item pro damno iniquè accepto, agat.

In iſtâ actione admittitur

Defenſio neceſſaria & coacta, Notwehr. Nam *verba Conſtitutionis ſub tit. 1.* Umb keinerley vrſachen / nullum prætextum admittunt. Quæ conceditur, etiam poſt interjectum multarum dierum. *Ordin. part. 2. tit. 9. § . 2. in fin.* ibi, Zu friſcher that / oder / wann er ſeine freund / vnd helffer haben mag. Et ſi quis moderamen inculpatæ tutelæ exceſſerit, non condemnatur ordinariâ pœnâ ruptæ pacis. Turbatorem P. P. etiam in alieno territorio perſequi licet. *Conſtit. anno 1559. §* Vnd wiewol. Iſt alſo die nachtheil zugelaſſen. *Mynſ. 2. obſ. 28.*

In cauſis P. P. admittitur

Confeſſio rei qualificata, abſque qualitate & appendice illâ; *feci ad meam defenſionem*; & qualitatis probatio reo per modum defenſionis incumbit. Si reus deficiat in probatione qualitatis, & de facto non aliter conſtet, mitior pœna præſumitur.

Probatio

Probatio innocentiæ, etiam poſt publicationem atteſtationum, vel concluſionem cauſæ.

Accuſatus pendente judicio de rebus ſuis *diſponere* poteſt. Si quis tamen conſcientiâ patrati criminis in fraudem Conſtitutionis alienet; eo caſu poſt declaratoriam ſententiam, fraude detectâ, actione revocatoriâ, alienata revocari poſſunt. *Videatur Conſtit. anno 1521. anno 1548.* rubricâ, von Achtern/die jhr gut geſehrlich verwenden/vnd in ſchirm geben. Et hoc caſu, emptori, ſi eſt fraudis particeps, reſtitutio pretii facienda non eſt. Qui violando P.P. etiam in crimin læſæ Majeſtatis incidit, amittit rerum ſuarum liberam adminiſtrationem; & bona fiſco affecta ſunt.

In cauſis P. P. admittitur

Accuſatore vel reo mortuo perit inſtantia quoad *pœnam banni*, non verò quoad *reſtitutionem damnorum, intereſſe, pœnam banni pecuniariam*. putà 2000 marcarum auri puri, 2000. Marck ſeines goldes. *Conſtit. Divi Karuli V. rubrica*, daß die inſtantz der Landfridbrüchigen/beſchedigung vnd entſetzung auf des Beklagten erben fallen ſol. Et hæc quoad banni pœnam, procedunt, etiamſi per heredes hoc non ſit propoſitum, ſed ſimpliciter concluſum, *Mynſ. 1. obſ. 98. Ordin. part. 2. tit. 9. §. ult.* Si tamen delictum ſit ſufficienter probatum, poteſt judex reum cōventum mortuum ex officio in bannū declarare. Pari ratione, crimine non probato, poteſt reum abſolvere. Heredes etiam ac-

cuſatoris, novam accuſationem inchoare, ſed ex priori inſtantiâ agere non poſſunt.

Præſcriptio 20 annorum. Si quis tamen poſt lapſum 20. annorum ſuper Conſtitutione P.P. citationē in Camerâ obtineat, & reproductâ citatione, adverſarius citatus compareat, nec opponat exceptionem præſcriptionis, judicium procedet.

Etymon

Antiquitùs bannum edictum, ſive citationem ſignificabat. Heribānum citationem ad delectum, à Germanorum voce Heer/quâ notatur exercitus. *Cujac. in præf. commentariorum de feudis.*

Nunc videtur derivari à vocabulo Germanico Baan/ quod viam publicam adſignificat. Eam enim regiam amittunt, Sie dörffen ſich des H. Reichs baan vnd ſtraſſen nicht gebrauchen.

Banni conſideratur

Definitio. Bannum eſt judicialis cenſura, quâ violatoribus P.P. aquâ & igni interdicitur, ita ut à nemine in clientelam, fidem, aut amicitiam recipi, ab omnibus verò impunè tam in perſonâ quàm rebus offendi poſſint. Bannire eſt, einen in die Acht oder Bann thun/einem waſſer vnd weid verbieten/oder/von gemeinſchaft vnd brauch waſſers vnd fewers bannen.

Sententia declaratoria. Receſſ. 76 §. 57. Damit dann. Etſi enim quis ob violatam P.P. mit der that/hoc eſt, ipſo facto in bannum Imperiale incidat. *Conſt. Maximil. I. Caroli V. anno*

anno 1548. tit. 1. & Ordin. Cameræ tit. 9. §. 2. tamen quoad pœnam banni aliud obtinet. Quod confirmat conſtitutio P. P. Karuli V. tit. 4. ibi, mit fürgehender citation/ oder fürheiſchung / alſo in die gemeldte Acht gefallen zu ſeyn/declarirt vnd erklärt werden. Non valet ſententia banni conditionalis hîc. Eſt prętereà ſententia banni, quæ ex delicto inrogatur, definitiva. Et ſi abſolutio à banno conceditur, non retractatur ſententia; quia talis abſolutio non fit per modum correctionis, aut retractationis ſententiæ, ſed potius reſtitutionis & Principis beneficio.

Sententia banni ex delicto differt à ſententia banni ob contumaciam

1. Quoad *Abſolutionem*; purgatâ contumaciâ, etiam invito adverſario bannitus abſolvi poteſt, ſi caveat ſuper damnis & expenſis.
2. Bannitus ob contumaciam non tranſigit cum Procuratore Cæſaris ſive fiſci, niſi ei nuncupatim in pœnam aliquam, putà mandatorum executorialium condemnatus ſit.
3. Bannitus ob delictum inconſulto Cæſare relaxari non poteſt, etiam volente ipsâ parte, *Mynſ. 5. obſ. 11.*
4. In banno cõtumaciæ fit immiſſio in bona banniti, donec contumaciam purget: In banno verò delicti fit executio, donec à banno iterum abſolvatur. Formulas ſententiarum vernaculas utriusque banni adpoſuit *Gail. 2. de P. P. c. 6.*

Bannum contumaciæ decernitur

Ob omiſſam purgationem, ſi quis ſuſpectus de crimine P. P. ſit, & intra terminum ſibi in citatione aſſignatum, innocentiam juramento, vel defenſionibus aliis non adſeruit, entſchuldigung mit dem Eid nicht gethan. Decernitur autem in hunc finem publicæ ſecuritatis teſſera, vngefehrlich Geleit für jhn/vnd alle die jenigen/ſo er mit jhm zu ſolchem tage bringen würde. Et cum citatione ad purgandum, articuli ſuſpicionis transmitti debent; qui ſi deinde negentur, neceſſe eſt, ut actor ſuſpicionem criminis probet. Si gravi ſuſpicione laboret, etiam conjuratores ſive compurgatores (vulgariter Mitpurgatorn) jurare debent, quòd videlicet credant eum verum juraſſe, *Ordin. part. 2. tit. 10. §. 1.* Hæc autem praxis Judicii Imper. eſt, cùm quis banno feritur ob omiſſam purgationem. Cùm citatus ad purgandum in termino præfixo non comparet, articuli in causâ purgationis exhibiti, in contumaciã pro confeſſis acceptantur; quo facto, ſi in contumaciâ perſeveraverit, proclamate priùs interpoſito, citatus contumax pro obnoxio & reo criminis habetur, atq; iteratò citatur, ad videndũ ſe incidiſſe in pœnam banni Imperialis: Et ſic duplex contumacia, contumacia in nõ comparendo, juncta contumaciæ in non purgando intra terminum præfixum, inducit iſtam confeſſionem.

Bannitus tamen *ob contumaciam omiſſæ purgationis*, poſt ſententiam declaratoriam innocẽtiam ſuam probare poteſt. Quia ſententia banni purgationis non transit in rem judicatam: ex fictis enim probationibus & præſumtionibus lata eſt. Prætereà eſt ſententia interlocutoria. Adde, quòd tertius in executione, de innocentiâ banniti docere poſſit.

Bannum

Totam *univerſitatem* heìc, modo pax publica communicato conſilio, civibus vel multitudine ſonantibus campanis & tubis, more majorum convocatis violata ſit. Nec enim ſufficit in hoc crimine tractam ſucceſſivum non habente, totam civium multitudinem etiam explicato & levato vexillo vim publicam inferre. Plerumque tamen pœna banni in pecuniariam convertitur.

Bannum etiam decernitur contra

Receptatores bannitorum. Hinc eſt, quòd ex Conſtitutione pacis publicæ contra receptatores bannitorum Imperii, parte offensâ poſtulante, vel ex officio citationes ad videndum ſe incidiſſe in pœnas banni decernantur. Excuſat tamen 1. ignorantia facti, ut puta ſi quis per ignorantiam bannitum tecto, vel hoſpitio excipiat. In banno tamen Imperiali vix veriſimilis fit, cùm factâ ſub dio denunciatione publicis edictis proſcribatur. 2. à pœnâ receptionis excuſatur uxor, maritum bannitum recipiens. 3. Parentes recipientes filios bannitos, & contrà, filii parentes bannitos excipientes. 4. quosdam ſanguinis neceſſitudo excuſat, agnatos, cognatos & adfines. 5. quosdam artæ amicitiæ vinculum. *Vide uberiùs Gail. 2 de P.P. cap. 10. num. 30. 31.* 6. Culpâ vacant, qui vi metúve coacti bannitos recipiunt. 7. Qui eos hoſpitio repentino, tanquam viatores excipiunt, & ſtatim dimittunt. Modica tamen mora recipienti nocumento eſſe non debet.

Bannitum ſemel ex alio delicto; quia iterum

banniri poteſt. Et non opus eſt teſſerâ ſeu ſecuritate publicâ, quia bannitus iteratò citatus ex alio delicto per procuratorem cõparere poteſt. Et maximus eſt hujus banni ſecundi effectus, quoad impetrandam abſolutionem. Quot enim ſunt banna, totidem debent etiam abſolutiones eſſe. Fallit, ſi plura banna procederent ex uno facto.

Generaliter hîc tenendum, in Camerâ Imperiali multis præjudiciis receptum eſſe, bannitum inſtitutam ante ſententiam banni declaratoriam, actionem ad finem perducere non poſſe. Poſſe tamen citatum cõparere, & ſe defendere. Si tamen ex l. diffamari nominatim citetur, citatus non eſt audiẽdus; quia hujusmodi defenſio eſt voluntaria, & non neceſſaria; & reus per comparitionem actor fieret, cùm diffamare nihil aliud ſit, quàm ad judicium provocare. Sed nec novum opus bannitus nunciare poteſt; nec actorem reconvenire. Pater tamen ſuo nomine pro injuriâ filio bannito illatâ agere poteſt.

Bannum nocet

Agnatis, ſi novum ſit, & ſine dubio ad dominum revertitur, quia etiam extra caſum delicti jura feudalia ſic diſponunt, *c. 1. de ſucceß. feud.* Niſi initio beneficio inveſtituræ, ſpeciali cõventione, etiam agnatis jus quæſitum eſſet, daß ſie mit belehnete weren/vnd die geſammete hand hetten. Quando feudum eſt antiquum & gentilitium ex pacto & providentiâ, ein altvätterlich Lehen; & tunc delictum non in perſonam domini, ſed

ſed contra tertium commiſſum ſit, illud vaſalli banniti agnatis non nocet. Aliud utiq; dicendum, ſo die mißhandlung (ſcilicet delictum gravius) wider den Lehenherꝛen begangen. Non enim tantùm filiis & deſcendentibus delinquentis præjudicatur. *Conſtitutio Imperatoris Karuli V. de P.P. ſub tit.* Die Peen der Landfridbrecher/ habet, Wo aber der fridbruch wider den Lehenherꝛen beſchehen were/ſo ſol derhalben was hierinn das Lehenrecht vermag/vnd gebreuchlich iſt/gehalten werden. *Pariſ. conſil. 21. num. 55. vol. 1.* concludit, feudum etiam ex leviori causâ amitti, ſi inveſtitura inſertam habeat clauſulam, ſalvis ſemper noſtris, & Imperii juribus, quæ communiter feudis Imperii adjici conſueverunt. Limitatur ſuperior concluſio. 1. Si feudum generi conceſſum ſit. 2. Si verba primæ inveſtituræ in perſonam uniuscujusque collata ſint, veluti ſi dicatur: *Concedo feudum de uno in alium, vel concedo omnibus principaliter.* 3. Si vaſallus domino conſentiente delinquat in perſonam domini. Si feudum patre delinquente adhuc apud avum ſuperſtitem ſit, *filius itemq; nepos* avo in feudo ſuccedunt, *nec pœnam ſuſtinent.*

Non nocet bannum etiam *heredis ſubſtitutis,* quò minus bona reſtitutioni ſubjecta ad eos devolvantur.

Nec *legitima*, nec *peculium profectitium, neque adventitium in quo uſusfructus patris, neque Caſtrenſe* ob delictum filii transit in fiſcum.

Bona ſua. Receß. anno 1512. ſ. cap. 23. 24. Sed non feudalia. Et hoc deciſum eſt ex *Conſtitutione P.P. Divi Imper. Karuli V. ſub rubrica,* die Peen der Fridbrecher. *ſ. 2. & Ordin. Cameræ tit. 9. ſ. 2. part. 2.* Nam bona feudalia recto tramite ad dominum ſive nova ſive antiqua ſint, revertuntur; & fructus actori, deductis impenſis arbitrio Cameræ permittuntur. Quæ quidem privatio feudi non eſt perpetua, ſed tantiſper durat, donec bannitus, aut eo in banno mortuo heredes feudales filii cum offenſo transegerint, als Leibslehens fehige Erben/ uti verba ſunt d. Conſtitutionis Karulinæ. Quod ad agnatos ſucceſſores feudales attinet, illi ſtatim, absq; ullâ etiam cum offenſo transactione pactâ, poſt mortem vaſalli banniti, feudum antiquum familiæ, ſive ex pacto & providentiâ, à domino petere, novamq; inveſtituram poſtulare poſſunt; quia exſpiravit dominium vaſalli banniti utile, das nutzlich eigenthumb.

Bannitus ob P.P. violatam amittit

Non amittit etiam *Emphyteuſin,* ſi vel ſit à privato conceſſa, eâ lege tamen & conditione, ne ad extraneos perveniret.

Nec *bona per teſtatorem alienari prohibita, aut fidecommiſſo ſubjecta,* in confiſcationem veniunt.

Vaſallus bannito domino tantiſper liberatur à ſervitiis, & debitâ obedientiâ, donec dominus in banno manet: eo verò legitimè, Cæſaris & partis conſenſu à banno abſoluto, jure quodam poſtliminii, omnia jura amiſſa recuperat. Vaſallus tamen durante

banno

no domini, feudum ſine ejus conſenſu alienare non poteſt. Quòd ſi dominus ipſum vaſallum vi armatâ, contra ſancita P. P. offendat, ipſe non tantùm ad pœnam banni, ſed etiam ad privationem directi dominii in Camerâ immediatè agere poteſt. argumento Rubricæ, daß am Cammergericht nicht allein auf die Peen/ꝛc. Et *Ordin. part. 2. tit. 9. §.* Wir wollen auch. Cæterùm dominus ſi committat crimen læſæ Majeſtatis, à Cæſare & Imperio vaſallus feuda recognoſcere, inveſtituram petere, & ex integro fidem dare debet.

Uxor dotem numeratam repetit, ſalvamque habet; Quia maritus cenſetur labi facultatibus, & vergere ad inopiam. Et debet iſta reſtitutio dotis fieri absque ordinario proceſſu, inſpectis viſisq; inſtrumentis dotalibus; velut & debitorum ſolutio. Paraphernalia aliaq; bona integra habet, quę teſtamento, vel ab inteſtato, aut alio quolibet juſto titulo pervenerunt, vel à marito uxori donata ſunt. Et in Cameræ Tribunali in arduâ quâdam causâ, anno 1586. judicatum fuit, quòd uxor, marito condemnato, habere debeat ſemiſſem bonorum ex pactis dotalibus, conſtante matrimonio acquiſitorum. Poteſt etiam uxor marito bannito ob delictum, ſeparationem bonorum in Camerâ petere, per implorationem officii nobilis judicis. Et ſi uxor ſine dote marito nupſit locupleti, bannito marito, vel ejus bonis ex delicto fiſco addictis, poteſt uxor

Bannito marito

paupercula ex bonis mariti alimenta petere, quæ ex æquitate quâdam adtribuuntur. Quòd ſi tamen uxor ſciens prudensq́; matrimonium cum viro bannito contrahat, eiq́; dotem adferat, eam poſteà non repetit. Prædicta verò intelligenda non ſunt de banno ob contumaciam inrogato, niſi tam obſtinata ſit contumacia banniti, ut etiam poſt factam immiſſionem ex primo decreto, ſecundùm decretum patiatur, den eynſaß aus anderer erkentnus / dominiumq́; rerum ſuarum amittat. *Ordin. part. 3. tit. 43. §. 3. & tit. 48. §.* Vnd ſo alſo.

Actor judicialiter ſcripto, bona banniti in ſpecie deſignat, & ſub cujus jurisdictione ſita ſint, indicat. Executores enim dantur illi magiſtratus, ſub quorũ jurisdictione bona ſunt, poſtquam facta eſt ſpecifica bonorum deſignatio. Quòd ſi tertius tempore executionis poſſideat bona banniti, vel quolibet titulo, immiſſioni & executioni in iſtis locus non erit. Et ideò in Camerâ, tali caſu contra tertium poſſeſſorem mandata de re poſſeſsâ reſtituendâ, cum clauſulâ tamen juſtificatoriâ decernuntur; idq́; etiam eo caſu, quo poſſeſſor Cameræ jurisdictioni immediatè ſubjectus non eſſet; quod admittitur propter continentiam cauſę. Hinc eſt, quòd in ſententiâ executionis banni, tertio jus ſuum expreſsè reſervetur, iſtis verbis (doch menniglich ſein Recht vnd Gerechtigkeit an denſelbigen hiemit außdrucklich vorbehalten) adde *Receſſ. 12. J. cap. 23. 24.*

Banni executio ita fit

Execu-

Executores ſi demandatam executionem & immiſſionem facere obſtinatò recuſent, aut in morâ ſint, nullasq; cauſas recto tempore allegent, decernuntur contra ipſos mandata arctiora executorialia, ſub eventuali comminatione.

Cauſæ autem *in Ordinatione ipsâ Cameræ part. 3. tit. 49. §. Ferner. & §. 2. Nemlich.* excutiuntur & adponuntur, *Denaiſ. rubr. 50.* Nam iſtis caſibus, executores dati, ob potentiam bannitorum, ſumptuum & expenſarum multitudinem, atq; executionis difficultatem, excuſantur, & confugiendum eſt ad vicinos provinciarum, ſive circulorum Præſides, zu den nechſten geſeſſenen Kreisobriſten / ut Imperii Conſtitutiones, quas & in Notis noſtris indigetavimus, certiùs meminerunt.

Si bannitus non habeat in Imperio bona præcipua, tunc Cæſar domino ejus provinciæ uti habet, ſcribit, ut executionem in illa peragat; prout in Camerâ judice Eccleſiaſtico implorante brachium Cæſaris, mandata executorialia cum clauſulâ contra contumacem, ſub pœnâ pecuniariâ, rarò banni, decernuntur.

Offenſus dat *articulos liquidationis*, in quibus damna, intereſſe & expenſas deducit; ad quos articulos bannitus reſpondet, & factâ utrimque concluſione, judex pro qualitate perſonarum & delicti magnitudine pronunciat, quantum offenſo refundendum ſit.

Si

Si ſit delictum atrociſſimum,& Reip.vel Imperio calamitoſum aut ſcandali pleniſſimum,ita ut exemplo opus ſit, tunc abſolutio, parte offensâ nolente & invitâ,imò etiam eâ conſentiente,concedi non debet.

Si abſolutio conceſſa ſit; Reſtitutio ad bona alienata, honores vel dignitates aliis collatas non extenditur.

Si pœna ſit remiſſa, & reſtitutio ad bona ſimpliciter & in genere facta ſit, reſtitutio illa nõ extenditur ad bona per fiſcum tempore banni alienata,ſed tantùm ad præſentia & nondum alienata. Et hoc caſu neque Fiſcus tenebitur reſtituto ad refuſionem precii.

Abſolutione à banno petitâ

Reſtitutio per modum juſtitiæ extenditur ad alienata. Poteſt etiam reſtitutio per Principem diſertis verbis fieri quoad bona alienata,maximè ex causâ publicæ pacis.

Bannitus propter contumaciam omnia bona recuperat, quia hoc caſu tantùm fit immiſſio in bona banniti ad tempus.Etiam ad munera vacantia admittitur. Fructus tamen medio tempore perceptos non recuperat. *Ordin.part.3.tit.46.§.*Wo auch. Extantes non vendicat,ſed officio judicis repetit.

Bannitus ob delictum fractæ pacis in Camerâ etiam ad omnia bona reſtituitur,maximè ſi ex ſolâ ſentẽtiâ banni occupata ſint. Deductis tamen rebus judicatis & ſumptibus executionis. *Ordin part.3.tit.46. §.*Wo auch.*& tit.49.*§.*1.*Quos etiam heredes banniti

niti reſtituere tenentur; aliâs bona retineri poſſunt. Fallit in heredibus ſanguinis (ſeu feudo ex pacto & providentiâ) qui, defuncto bannito de fructibus in cauſam judicati & executionis, nihil conferunt.

Obtinet etiam in primâ Inſtantiâ *Conſtitutio pignorationis*, de quâ uberiùs in Notis hisce ſcripſi; Itaque hîc cuſtoditiùs & ſepto ſilentio agam. Dicam tamen, hæc è Notis & libro ſingulari *Andr. Gail de pignorationibus* luculentiùs cognoſcenda.

Pignoratio differt:

Ab *arreſto* privatarum perſonarum. *Repreſſaliis*; quæ publicâ auctoritate; & ex contractu arreſta etiam conceduntur. *Gail. de arreſt. c. 2.*

Spolio. Quod ad interdictum recuperandæ poſſeſſionis pertinet, *Frid. lib. 1. de proceſſ. c. 46 n. 3.* adde *ibid. c. 47. 48. 49. & 50.*

Pignorationis conſiderantur *requiſita*. Vide notas noſtras *ad §. 37. & Frid. de proceſſ. lib. 1. c. 34. & ſeqq.*

Locũ habet in:

1. *Rebus ablatis etiam.* § 45. lit. a.
2. *Præfecti facto.* §. 25. lit. a.
3. *Rebus incluſis.* §. 45. lit. c.
4. *Rebus extra locum controverſum ablatis, vel perſonis captis.* Gail. c. 10.
5. *Rebus pignoratis pretio redemptis.* §. 45. lit. c.
6. *Mutuis pignorationibus.* §. 55. lit. a.
7. *Non verò, ſervis aſſcriptitiis vel mancipiis captis.* §. 51. lit. a. Vide von leibeigenen Leuten. *Gail. de arreſt. c. 10. n. 19.*

1. Vaſallus mediatè Imperio ſubjectus, unà cum domino directo, Imperio immediatè ſubjecto, poteſt uti beneficio Conſtitutionis pignorationis, *Gail.cap.6.*
2. Quæ capitula ſive collegia Eccleſiarum hîc conveniri poſſint, vide *§.20.lit.a.n.8. Frider. de proceſſ.lib.3.c.4.n.11.*
3. De proceſſu pignorationis. *§.50.§.52.*
4. Quæ exceptiones contra paritionem admittantur. *§.51.lit.a.§.62.lit.b.* Subjectionis exceptio an protrahat, aut impediat paritionem. *§.51.lit.a.*
5. Reſtitutio in causâ mandati quî facienda. *§.57. lit.a.*
6. Res pignorata an cum ſuâ utilitate reſtituenda ſit. *§.56.lit.c.*
7. De æſtimatione rerum pignoratarum. *§.47.lit.b.§.58.*
8. De repetitâ pignoratione. *§.48.lit.a.*
9. De pignoratione in loco communi factâ, wann ein Herrſchaft zwey oder drey herrich iſt. *Gail.c.20.Mynſ.3.obſ.20.*
10. De proceſſu pignorationis in causâ citationis. *§.52.*
11. De probationibus, quæ hîc ſolemnes ſint. *ibid.*
12. De ſententiâ definitivâ hîc. *Gail.cap.23. §.48.§.53.*
13. De re judicatâ. *cap.24. & ibidem.*

Quæ regulariter interdicta ſunt. Itaque nec judices ea præproperè decernere debent, das Kummerrecht/ nicht alsbald/ vnd

vnbe-

vnbedächtlich verſtatten. In verbott legen/ anhalten/zuſchlagen/die güter oder perſonen bekümmern/vnd verbieten. Sunt autem moribus Germaniæ, Arreſta illa ſive impedimenta, zuſchläg/in effectu nihil aliud quàm reāles citationes, quia perſona ſiſtitur, aut ejus bona impediuntur, ad illum effectum, ut arreſtatus, tædio arreſtationis affectus, coram judice loci compareat, debitum ſolvat, aut cautionem præſtet.

Eſt autem lex Imperii de Arreſtis publica ſanctio, quæ, quando ſtatus ſuos ipſe aut per alterius ſtatus bona propria, vel ejus ſubditi, ex causâ, civili viâ facti non juris detinet, impedit, vel manus injectione moleſtiam adfert, præſtitâ cautione judicio ſiſti & judicatum ſolvi, arreſtationem ſive impedimentum in Camerâ relaxat, & cauſam principalem, putà juſtitiam vel injuſtitiam arreſti, ad judicem ordinarium remittit. Scilicet ne pax publica turbetur, & Ordines publicis ſcandalis occaſionem dent, daß ſie dadurch im Reich zu weiterungē kein vrſach geben möchten. adhibe hîc *Frid. de proc. lib. 1. c. 38.*

Conſtitutio de *arreſtis*

Subditus tamen, ſi remoto domino pro relaxatione arreſti in Camerâ ſupplicat, proceſſus denegantur hoc pacto; Abgeſchlagen/vnd mag der Supplicant ſeine notdurft an gebürendem ort ſuchen. Dominus verò pro ſuo ſubdito, ratione proprii ſui intereſſe, obtinet relaxationem arreſti. Et hoc caſu ſupplicatio in perſonam domini concipitur, ipſeq; offert cautionem; & ſententia re-

laxationis in puncto mandati in perſonam ipſius domini formatur.

Conſtitutio de *arreſtis* — Diverſitas patrimoniorum cõſideratur, quoad

Statum Imperii, qui ſimpliciter ob patrimonii amplitudinem, ſub alio *Statu* & Conſorte Imperii bona libera, & immediatè à Cęſare dependentia poſſidet, non ut alterius Status ſubditus, ſed jure proprio & Imperii; & hoc caſu ob talia arreſta extra Comitatum vel Baronatum facta, mandata ſine clauſulâ de relaxando arreſto in Camerâ decernuntur. Liceat aliâs feuda dignitatum immediatè à Cæſare & Imperio poſſidentes, eorum nomine conveniantur, als innhaber des H. Reichs Lehengüter vnd Herrſchaften.

Statum Imperii, qui bona poſſidet in alterius *Status* territorio & provincia, tanquam ſubditus illius *Status*, idq; ex pacto, conventione, ſtatuto provinciæ, (ut ſi initio bona eâ lege emta ſint, ut poſſeſſor illorum ſit ſubditus domini territorii) aut jure ſucceſſionis univerſalis aut particularis, aut longiſſimâ & quietâ poſſeſſione, vel legitimâ præſcriptione. Et hoc caſu, Conſtitutio arreſtorum locum ſibi non depoſcit.

Nulli-

Nullitatis exceptio ex defectu juriſdictionis Cameræ, ut ſi quis objiciat, Arreſtatum in loco arreſti, non eſſe Statum Imperii, paritionem mandati arreſtorum impedit. De ſubjectionis probatione, vide *Gail. de arreſt. c. 7. n. 3. & ſeqq.*

An cives & eorum bona, extremâ vergente neceſſitate, obligari poſſint, ut in defectum ſolutionis pro debito civitatis, vel univerſitatis, ubiq; locorum in Imperio vel extra comprehendantur vel arreſtentur, e diſſerit, *Gail de arreſt. c. 9.*

Constitutio de *arreſtis*

Arreſta juris ſive executiones ſententiarum inculpata ſunt, adeoq; contra Statum Imperii, quoad bona in territorio judicantis ſita, interponi poſſunt, nec refert, ſi vel maximè Status ſententiæ nullitatem in Camerâ pro relaxatione arreſti alleget.

An arreſta contra Statum Imperii ex pacto valeant, vide *Gail. d. l. obſ. 11. nu. 24. obſ. 14 num 12.*

Communia & diſcrimina utriusq; Conſtitutionis, pignorationis & arreſtorum, *cognoſce ex §. 49. lit. b. §. 52. §. 61. lit. a. Frid. de proceſſ. lib. 1. c. 42.*

Differentiam arreſti Imperii, à turbatâ poſſeſſione vel ſpolio, *videbis apud Gail. tract. de arreſt. cap. 5.* ubi dicit, turbatum aut ſpoliatum ad ordinariam juris viam, puta zu den außträglichen Richtern/remittendum eſſe.

De cautione quæ hîc genuina germanaque ſit, adhibe *§. 61. lit. a. Frid. de proceſſ. lib. 1. cap. 41.*

Relaxatio arreſti quî fiat, innuit *§.49. lit.b.§.52.lit.a.*

Exceptio pacti conventi, de poſſeſſione rei hypothecatæ, cùm ſit altioris indaginis, an impediat paritionem mandati? *Gail.hîc cap.12.n.11.* pertractat.

An arreſtis imperialibus poſſeſſio amittatur, in Cameræ Tribunali non quæritur, ſed altiorem diſputationem requirit, *Gail. d.l.n.9.*

Exceptiones iſtæ, contra mandati paritionem admittuntur:

1. Rem arreſtatam eſſe propriam.
2. Eſſe litigioſam.
3. Eſſe tributariam, cenſualem, zollbar/ zinsbar/vnd ſteurbar.
4. Rem eſſe arreſtatam, ob non ſoluta jura emigrationis & libertatis, von wegen der Nachſteuren/vnd Leibeigenſchaft.
5. Arreſtum eſſe judiciale per ſententiam, & rem judicatam in contumaciam non facientis judicatum. Aliæ etiam addi poſſunt. *Confer Gail.hîc cap.11.*

An actio injuriarum contra iniquè arreſtantem, aut judicem competat, *vide notata ad §.49.lit.b.*

Cæterùm nec interdictum *unde vi:* nec interdictum *uti poſsidetis*, cum condictione ex Conſtitutione hac de arreſtis cumulari poſſe, aſſerit *Gail.d.lib.cap.5.n.16. & per totum.*

Obtinent etiam *Mandatâ ſine clauſulâ*, quæ varia variè decernuntur. Vide *Gail.1.obſ.13.16.17.18.* ubi etiam concludit, in Camerâ contra conſuetudines in quibusdam locis, quòd facto navigio bona quæ erant in navi

...cadant in commiſſum, & ad dominum loci, cujus eſt flumen, pertineant, ex Conſtitutione Friderici, vel authent. quæ incipit, *navigia. C. de furt.* mandata ſine clauſulâ decreta fuiſſe. Adhibe *Frid. de proceſs. lib. 2. c. 10. 11. & ſeqq. eundem cap. 30. 31. & 32. c. 39. num. 92. Gail. 2. obſ. 67. num. 8.*

Hujusmodi autem mandata ſine clauſulâ in caſibus dictis in Camerâ etiam decernuntur, quando tantùm reus contra quem petuntur, immediatè Imperio ſubjectus eſt, vel quando qualitas cauſæ ad Cameram principaliter pertinet, *Gail. d. obſ. 13. n. 6.*

Admittuntur verò contra illa mandata, *Exceptiones ſub & obreptionis*, quę ad probandum admitti debent; & ſi probentur, caſſantur mandata, & impetrans in expenſis condemnatur.

Obtinet & *Conſtitutio ſuper l. diffamari*; quæ requirit

1. Ut diffamatus Imperio immediatè ſubſit, quia is in causâ diffamationis reus eſt, *Mynſ. 6. obſ. 90.* Ordinatio Cameræ vetus anno 1532. edita requirebat, utramq; partem Cameræ ſubjectam eſſe.

2. Ut diffamationes ſcandalum & offenſionem fovere poſſint. Conſtitutio enim loquitur, in landfridbrüchigen ſachen/ vnd andern dergleichen ſachen.

3. Diffamationis probabilem notitiam, durch ſchriftlich oder ander gläublich Vrkund. Et hìc nudis copiis & narratis creditur, *Mynſ. 5. obſ. 81. num. 6.* Interdum tamen hoc judicium tractatur, omiſsâ hac diffamationis cognitione. Vide *Mynſ. 3. obſerv. 78 num. 4.*

Diffamationis. Hîc ſummaria petitio offertur, quâ diffamatio deducitur; petiturq; diffamanti tanquam reo terminum ad probandum ſuam diffamationem coram judice competenti ſub pœnâ perpetui ſilentii præfigi. Et ſuper hac petitione, litem non conteſtantur; ſed ſummariè in puncto perpetui ſilentii proceditur. Diffamatore comparēte, & diffamationem negante, diffamato incumbit onus probandi. Eo non probante reus abſolvitur, & actor in expenſis condemnatur. Si verò diffamationem fateatur, aut illa probetur, tunc reo præfigitur terminus agendi in judicio actionis ad proſequendam ſuam prætenſam cauſam. Diffamatore non comparente ad primam citationem, denuò & iteratò citatur. *Vide notas ad §.90.lit.a.num.5.* & ſic iterum abſenti perpetuum ſilentium imponitur. An præventio habeat locum in materiâ l. diffamari quoad Cæſarem? enucleat *Gail.1.obſ.11.*

Judiciũ hoc eſt

Actionis. Et quando diffamatus jurisdictioni Cameræ in primâ inſtantiâ ſubjectus eſt, & non habet alium judicem Ordinationis (vermög der Außträg) quàm Cameram: aut ſi qualitas cauſæ ſui natura eò pertineat, hoc caſu utrumq; judicium in Camerâ agitatur. Meminiſſe tamen oportet, in caſibus, in quibus diffamator aliâs jurisdictioni Cameræ immediatè ſubeſt, nec alium judicem in primâ inſtantiâ, quàm Cameram habet, citationem ſuper l. diffamari, non beneficio hujus Conſtitutionis, ſed ex diſpoſitione &

practicâ

practicâ juris communis indiſtinctè in omnibus diffamationibus cauſarum civilium, ritè decerni; & in Camerâ ſuper utroque judicio, procedi poſſe, *Gail. 1. obſerv. 10. num. 9.* Sententia in hoc judicio quî feratur, *Conſule eundem obſerv. 13. num. 6.* Et licet hoc caſu diffamator verè actor ſit, quia ſequitur forum rei; tamen hoc, quoad formulam ſententiæ in Camerâ, in judicio diffamatorio non obſervatur.

Obtinet *commiſſio pro recipiendis teſtibus ad memoriam*; Sufficit tamen hîc, ipſum reum, contra quem teſtes produci debent, Imperio ſubjectum eſſe, etſi actor non ſit, ſed civis, vel ruſticus alterius Status jurisdictioni ſubditus; de quâ expreſſiùs egi *§. 26. lit. a. num. 3. §. 29. §. 37. lit. a. in fin §. 87. lit. b. §. 126.*

Cauſa *denegatæ vel protractæ juſtitiæ*; ſi ſcilicet judices ad quos decernuntur promotoriales, nullum alium mediatum agnoſcant ſuperiorem; de quâ fuſiùs diſceptavi *ad §. 28.*

Suſcepti judicii ejúsve, vel non mutandi, vel non dividendi, vide § 24. & enodata pleniora.

Reconventionis. Vide ſcripta ad §. 20. nu. VIII. diſtinct. 7.

Interventionis. / *Adſiſtentiæ litis.* Vide perſcripta ad § 108. num. 5. integrè.

Conti- [nua]tia cau- [ſa]e ex ra- [ti]one:

Definitio. quam vide apud Dd. in l. edita. C. de edendo. Frid. lib. 3. de contin. cauſ. cap. 10. num. 1.

Permiſſio. Adrian. Gylman. tom. 2. ſymph. part. 2. voto 6. n. 11. & voto 43.

n.6.tom.3.rubr.actionum cumulatio.

Effectus. Gylman. tom. 2. ſymphor. part.2. voto 50.

Cumulationis actionum; cujus conſideratur

Diviſio, actionum civilium hi modi conſtituantur

1. Si ex diverſis cauſis ad diverſa agatur, *Gail. 1.obſ.63. n.1. Mynſ.1.obſ. 25.* Etiamſi juris diſpoſitione tollantur invicem uſque ad concurrentem quantitatem. *P. Jacobi in pract.aur.rub.97.n.20.cum ſeqq.* Quî juris interpretatione actiones cõtrariæ juventur, vide *Menoch. de præſumpt.41.n.7.* Huc etiam *refer eund.ibid.num.17.& num.20.*

2. Quando plures actiones cõpetunt ad eãdem rem, ſed tamen ex aliâ atq; aliâ causâ, *Petr. Jacobi in pract.aur.rub.97.num.12.cum ſeqq.*

3. Cùm plures actiones competunt ex eâdem causâ, quarum una plus reliquis continet, *Johan. Zang.part.2.de except.c.18.*

4. Si probabiliter dubitetur de genere actionis, ſive dubium ex facto proprio ſive alieno procedat, *Gail.1.obſ.63. n.3.* Hoc tamen caſu utile eſt, proteſtari, quod ex uno tantùm remedio causâ potiri intendat, *Menoch. de adipiſc.poſſ remed.2.num.10.*

5. Si cauſa ſit favorabilis.

6. Si contra diverſos plures actiones inſtituantur, *Frid.d.l.c.10. num.10.*

Ergo

Ergò ſi plures actiones in uno libello proponantur, ſecundum cujusq; actionis naturam ſigillatim eſt pronunciandum, & quidem uno & eodem tempore. Sed quid ſi judex in unâ aut alterâ actione, aliquid in facto in actis allegato deſideret, ita, ut reſciſsâ ex officio concluſione ulteriorem probationem injungat; an nihilominus, quoad reliquas actiones, in quibus nihil deſiderat, definitivè pronunciare poſſit? Maximè. Et ita ſæpiſſimè in Camerâ obſervatum eſſe, repetit *Gail. d. obſerv. num. 6.*

Cumulantur:

1. Actio injuriarum & legis Aquiliæ, in Camerâ, *Mynſ. 1. obſ. 25. idem reſp. 51. n. 3. 9. & reſp. 52. num. 4. Gail, d. obſ. num. 9. Hartm. tit. 49. obſerv. 3. num. 10.*

2. Petitorium cum poſſeſſorio, *Gail. 1. obſ. 63. num. 2. & 10. Hartm. tit. 45. obſ. 5.* Hinc *Mynſ. 6. obſ. 93. refert*, actore ſolùm poſſeſſorium judicium intentante, ſi probationes etiam in petitorio receptæ ſint, ſuper utroque judicio pronunciari poſſe; & ſic obſervatum in Cameræ Tribunali fuiſſe.

3. Actio perſonalis & hypothecaria, in Camerâ, maximè alternativè, *Mynſ. 1. obſ. 58. Gylm. tom. 4 ſymph. part. 1. voto 3. num. 20.*

4. Actio ad exhibendum & rei vendicatio, ſi inſtrumentum & rei vendicatio, ſi inſtrumentum proprium debitoris ipſe petat, *Hart. tit. 28. obſ. 3.*

5. Actio injuriarum ad reclamationem, cum actione injuriarum ad æſtimationem, *Mynſ. 2 obſ. 98 vide.* Non tamen actio injuriarum cumulatur cum accuſatione fractæ pacis, *Gylman. tom 2. ſymph. part. 2. voto 36. num.* [illegible]

1. Vaſallus mediatè Imperio ſubjectus, unà cum domino directo, Imperio immediatè ſubjecto, poteſt uti beneficio Conſtitutionis pignorationis, *Gail.cap.6.*

2. Quæ capitula ſive collegia Eccleſiarum hîc conveniri poſſint, vide *§.20.lit.a.n.8. Frider. de proceſſ.lib.3.c.4.n.11.*

3. De proceſſu pignorationis. *§.50.§.52.*

4. Quæ exceptiones contra paritionem admittantur. *§.51.lit.a.§.62.lit.b.* Subjectionis exceptio an protrahat, aut impediat paritionem. *§.51.lit.a.*

5. Reſtitutio in causâ mandati quî facienda. *§.57. lit.a.*

6. Res pignorata an cum ſuâ utilitate reſtituenda ſit. *§.56.lit.c.*

7. De æſtimatione rerum pignoratarum. *§.47.lit.b.§.58.*

8. De repetitâ pignoratione. *§.48.lit.a.*

9. De pignoratione in loco communi factâ, wann ein Herrſchaft zwey oder drey herꝛich iſt. *Gail.c.20. Mynſ.3.obſ.20.*

10. De proceſſu pignorationis in causâ citationis. *§.52.*

11. De probationibus, quæ hîc ſolemnes ſint. *ibid.*

12. De ſententiâ definitivâ hîc. *Gail.cap.23. §.48.§.53.*

13. De re judicatâ. *cap.24. & ibidem.*

Quæ regulariter interdicta ſunt. Itaque nec judices ea præproperè decernere debent, das Kummerꝛecht / nicht alsbald / vnd

vnbe-

vnbedächtlich verſtatten. In verbott legen/ anhalten/zuſchlagen/die güter oder perſonen bekümmern/vnd verbieten. Sunt autem moribus Germaniæ, Arreſta illa ſive impedimenta, zuſchläg/in effectu nihil aliud quàm reāles citationes, quia perſona ſiſtitur, aut ejus bona impediuntur, ad illum effectum, ut arreſtatus, tædio arreſtationis affectus, coram judice loci compareat, debitum ſolvat, aut cautionem præſtet.

